



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>




MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

71. X. 29



Call.

LXXIX



DE
NATURA-
LISMO

cum aliorum, tum maxime

JO. BODINI,

Ex opere ejus MScto ἀνεκδότου,
*de abditis rerum sublimium
arcanis,*

SCHEDIASMA INAUGURALE

L. JO. DIECMANNI,
STADENS.

Per Ducatus Bremens. &
Verdens. Superintendent.
General.

recusum Lipsiæ,
A. M. DC. LXXXIV.

sumtu JO. FRID. GLEDITSCHII.
Typis KRÜGERIANIS.

SERENISSIMO. POTENTISSIMO Q;
PRINCIPI. AC DOMINO. DN.

CAROLO XI.

Suecorum, Gothorum, Vandalo-
rumque. Regi. Magno. Principi.
Finlandiæ. Duci. Scaniæ. Estoniæ. Livo-
niæ. Careliæ. Bremæ. Verdæ. Stetini. Po-
meraniæ. Cassubiæ. & Vandalia. Prin-
cipi. Rugiæ. Domino. Ingræ,
& Wisnariæ.

Nec non

COMITI. PALATINO. RHENI.
Bavariæ. Juliaci. Cliviæ. &

Montium. Duci. &c. &c.

PIO. FELICI. MAGNANIMO.

Regi. & Domino. Suo. Clementissimo.

*Exercitationem. Hanc. Inaugura-
lem. Theologicam*

QVA. REGIUM. ADIRE. THRONUM.

Par, est, DReverentia, at. Dicat,

consecrat.

S. R. M.

a subjectissimis precum & obsequio-
rum servitiis

L. Johannes Diecmannus,

Digitized by Google

Auctor.

V I R O

Admodum Reverendo & Clarissimo,

DN. L. JOH. DIECMANNO,

S. R. M. Svec. per Ducatus Bremensem &

Verdensem vocato Superintend. Generali,

Pro impetrandis summis in Theo-

logiâ honoribus,

DE

NATURALISMO

disputanti

DIECMANNE, *Aonidum decus Sororum*
quem linguis tot & aribus subactum

Optat sanctior Herculem palestra.

Nunc pulchrâ redimitus ora lauru,

Anostris cape premium Camenis,

Omnes plaudimus uni, & eruditis

Quos de gente profanâ agis triumphis.

Hec Te bella vocant: quid administas

Pugnatasque juvat redire pugnas?

Hec fortes sibi flagitant lacertos.

Cum victos alii insequantur hostes,

Et causis levioribus triumphent;

Ipsos qui jugulum petunt, cruentos

Tu telo jugulas suo latrones.

Vulpes illaqueant luposque multi:

Sed solus necat Hercules Leones.

Autori libelli hujus Doctissimo,
V I R O

*Plurimum Reuerendo atque Amplissimo,
Domino Factori atque Patrono suo,
magnopere Colendo.*

S. P. D.

Johannes Frid. Gleditschius, Bibl.
Lipsiensis.

NON ægre feres *Præful Venerande*, quod Te in scio
Schediasma tuum inaugurale Kiloni superio-
ri anno publicatum, hic Lipsiæ novis typis exscri-
bi jam curaverim. Feci id non tantum amore
Nominis tui, sed etiam Wittebergæ mihi ob *βιβλο-*
Φιλίαν non ignoti; sed etiam svasu *cujusdam*
Amici tui, qui exemplar ejus a Te sibi huc trans-
missum & libenter communicavit, & Te non in-
vito, imprimi denuo posse confirmavit.
Quia, cum Theologus sis Christianæ pietatis amans,
invidere ne queas laborem tuum perutilem typis ite-
ratis, prodesse pluribus, maxime studiosæ juventuti,
quæ ut sibi caveat, profunditates Satanæ Christi-
anismum convellentes, mature noscere debet.
Hanc ob causam nullus dubito, quin, si culpa aliqua
hac in parte à me admissa videri possit, veniam da-
turus sis petenti, ita precor. Vale & in Ecclesiæ
ornamentum diutissime vive!

Lipsiæ,

Cal. Febr. M. DC. LXXXIV.



πλβ

Ο ΛΟΓΟΣ ΕΙΣΟΔΙΟΣ

Bodiniani MSCti, cujus deinde
excerpta daturi sumus, hi-
storiam complexus.

QVam periculosaē plenum
opus alex moliantur, qvι πόδας,
εν άλλοτρίω χορῶ ἡθέρτες pru-
tientia καινοφιλία & πολυπραγμο-
σύνη ingenia, qvæ in foro & politia
cum magna nominis sui existimatione
exercuerant, in Ecclesia negotia infe-
runt & intrudunt, seqve adeo contro-
versis, qvæ Christianos hodie in tot
sectas discerpunt, agitandis immiscet
non nostra demum ætate Belgium Gro-
tii, & Anglia nuper Hobbesii, sed jam,
ne propiora tangam, superioris seculi
sine Jo. Bodini, Andegavi, exemplo
Gallia docuit. Hic quidem summis,

Λ

qvæs

quos ista tellus tulit, viris annumerari meruit. Nam, Scævola Sammarthano (1) teste, *feliciſſimo ingenio* fuit, & Thua- no (2), *cujus ampliffima encomia Bodinum ob omnigenæ eruditionis axiomata meritum eſſe*, Gregor. Greg. Francus (3) judicat, *homo multiplici eruditione notus* audit. Aliorum (4) *elogia* lubens prætereo. Quorum cumulo non parum quidem tum infamis illa nominis *μετὰ-θεοῖς* (5), tum falſa ejuſdem *παρὰ-χρῆς* (6) tum cenſoria Joſephi Scali-
geri

(1.) *Elog. l. 4. p. 217.* (2.) *Hiſt. L. XCIV. p. 262 b. ed. Franc. in fol.* (3.) *de ſign. extr. diei C. XI. lit. l. 4. 1.* (4.) *ut Naudæi Bibliogr. Polit. p. 33. ed. Franc. 1673. Apologie pour tous les grands perſonnages &c. Ch 7. p. 127. Ad- vis pour dresser une Bibliotheqve p. 49, 92. Sorelli Biblioſh. Franc. p. 72. Frid. Tile- manni Diſc. Philol. de Hiſtor. delect. p. 113. 242. &c.* (5.) *qua JOANNES BODINUS eſt ANDIUS SINE BONO ab Eliſabetha Angliæ Regina apud Burgoldenſ. Notit. Rer. Imp. Rom. Germ. P. 1. p. 33. & Cujacio apud Exc. D. Rachelium de Jure publ. Imp. Germ. p. 175. ſalutatus.*

geri *neis* (7) detrahit. - Ne vero à Germanis semper bene audiret, ipse non Monarchiæ tantum quartæ, quæ hodie Romano Germanica dicitur, impugnatione (8), sed & quam maxime iniquis, quibus nostram gentem passim premit, judiciis (9) meruit. De religione hominis certius nihil dici potest, quam secundum varios ætatis annos variam fuisse. In Romanæ primum, cui innutritus fuerat, communionem externam aliquamdiu quidem vixit, etiam puer, quod Thuano (10) quidam certo

A 2

affir-

(6) que Bodin fait le Badin, loquente Scipione du Pleix apud Sorell. *Bibc. Franc.* p. 95.
 (7) qui in *primis Scaligeranis* a Tanaq. Fabro A. 1669. editis p. 30. Bodinum *indoctissimum* valdeq; jejunum vocat, cum, quicquid a multis annis doctrina consecutus est, transcripserit ex aliorum laboribus. Conf. *Thomaf. de plag. liter.* § 373. (8) cui se jam superioris seculo Dresserus *Orat.* p. 150. ff. opposuit. (9) Quomodo Bodinus hoc unum agere videatur, ut omnibus virtutis ornamentis spoliatos Germanos abs se dimittat, compendio refert Henr. Meibomius *præf. in Reinæcc. comm. de Sax. orig.* (10) *Histor.* l. CXVII. p. 771. 4.

affirmarunt, in Carmelitarum cœno-
bio vitam religiosam professus, non illi
tamen Ecclesiæ integra mente postea sic
addictus, ut in omnia ejus placita sibi
jurandum crederet ; etsi, qui in Italia
ejus honori consultum cupiebant, ut
eum genuinum Ecclesiæ Rom. filium,
esse persuaderent, Italicæ librorum *de*
Republ. editioni inserendum aliquid du-
xerint (11). Neque tamen ipse Bodi-
nus animi, cum fide Pontificia non u-
bique conspirantis, sensa sic occultare
potuit, quin istud perquam sagacium
narium hominibus Jesuitis suboleret,
& ille adhuc superstes eorum in se con-
citaret censuras. Nam *viri indifferen-*
tis, & Protestantibus non iniqui, nomen
a Jesuita anonymo (12) jam A. 1590.
reportavit. Antonius vero Possevinus
emissa biennio post singulari de Jo.
Bodini

(11) V. Löscher, *de Latrocin. in script. publ.*
p. 41. (12) *de justa resp. Chr. imp. & har.*
auct. C. 4. §. 3. fol. 114. b. de quo libro plura
infra §. XII. n. 2. videas.

Bodini libri consideratione & cautione
 (13) non unius eum hæreseos alligavit.
 Quibus non multo post fata Bodini
 Martinus Delrio (14) accessit. De ejus
 vero ad Calvinii partes inclinatione
 non diserte modo Thuanus locis lau-
 datis testatur, dum illum *olim Prote-*
stantium doctrine addictum, nec ab ea
multum postea alienum creditam refert;
 sed Paulus quoque Colomesius (15) nu-
 per allato prolixioris Bodinianæ Epi-
 stolæ, cum suo parente a D. Picterio
 Nobili Andegavo communicato, frag-
 mento confirmat, quo se Bodinus ido-
 lomania Pontificiæ infensissimum pro-
 fitetur. Nihilo tamen minus ex ipsis
 Reformatis Mericus Casaubonus (16)

A 3

sibi

(13) quæ extat in libro Posslevini A. 1593.
 Lugd. edito, *Judicium de Ruanis militis Galli-*
jo. Bodini, Ph. Mornæ, & Nic. Machiavelli
quibusdam scriptis, à p. 87. ad 122. (14) *Dis-*
quis. Magic. l. . C. 3. fin. p. 38. 39. ed. Mog.
 1600. (15) *Gall. Orient. p. 76. ss* (16) *of cre-*
dulity and incredulity in things natural. p
 198. ed. Lond. 1668.

sibi adhuc dubitandum duxit, Prote-
 stans an Pontificius Bodinus fuerit.
 Quo nos multo magis hæsitamus, an æ-
 tas adulta Bodini ulli omnino religio-
 ni studuerit. Sane qui Pontificiam pri-
 mo, mox Calvinianam sectatus fuerat,
 eo tandem degeneravit, ut non modo
 neutram, sed plane nullam, suam fece-
 rit, seque ipse omni exuerit Christianis-
 mi sensu. Fidem dicto luculentam con-
 ciliat spissum ejus, usque ad huc mana-
 scriptum, & inter *κειμήλια* magnorum
 virorum, ac reconditiores Bibliothe-
 carum forulos asservatum opus, *σοσο-*
φισμύροις μύθοις II. Petr. I, 16. *καὶ*
πλεῖστοις λόγοις II. 3. refertum, in quo
 religionem Christianam totam in hi-
 strionicum quoddam & ludicrum dra-
 ma convertit, nec temere quicquam,
 quod ei hostium divinæ veritatis ludi-
 brio exponendæ prostituendæque face-
 re posset, prætermisit. Ut quod de Ne-
 storio quondam Cyrillus Alexandrinus
 (17), vere de Bodino quoque dicas:

Ο' 187 α

Θιείαι πᾶν ὄλιγν τῶν ἀπηχεσάτων, καὶ
 ἀκατάσκαπον κομιδῆ τῶν τῆς Εκκλη-
 σίας δογμάτων ποιῆται τὴν καταρρη-
 σιν. *Absurdissima quæq; cogitat, & in-
 considerate admodum accusat Ecclesie
 dogmata.* Ei Bodini libro titulus est,
 ut cum A. Gellio (18) loquar, ingentis
 cujusdam illecebræ ad legendum: *Col-
 loquium septaplomeris de abditis ve-
 ritatibus sublimium arcanis.* Nempe
 ἐπταπλομερές inscribere voluit, non
 quod in septem libros distributum esset,
 uti quidem Claudius Sarravius (19) for-
 te ex hac ipsa voce, quia opus sex tan-
 tum libris distinctum non viderat, con-
 jecit; sed quod septem viros, Paulum
 Coronæum, Fried. Podamicum, Hier.
 Senamum, Diegum Toralbam, Ant.
 Curtium, Salom. Barcassiam, & O-
 ctav. Fagnolam, operis inter se parti-
 tis perpetuo confabulantes, introduce-

(17) l. 2. adv. Nestor. p. 48. ed. Gr. L. Paris.

(18) XVIII. Noct. Att. 6. (19) Epistolar. & A-
 rans. A. 1654. editar. p. 325.

ret, & suam cuilibet eorum, quam hic
 sustineret, personam imponeret. Pri-
 mo enim Pontificiorum, secundo Lu-
 theranorum, tertio omnium sectarum,
 quarto Naturalistarum, quinto Calvi-
 nianorum, sexto Judæorum, extremo
 denique Muhammedanorum causam
 tutandam commisit. Qui omnes ita
 de fidei controversiis συζητήσονται Chri-
 stiani, sive Pontificiæ, sive Lutheranæ,
 sive Calvinianæ communionis sint,
 succumbant semper, reliqui vero, in-
 primis Judæi & Naturalistæ, trium-
 phent. Ita namque scenam hanc to-
 tam Bodino chorago struere libuit, ut
 quævis potius alia, quam Christiana,
 religio plausu comprobaretur, vel illa
 saltem Samaritana confusione cum Jus-
 daica & Turcica perfidia misceretur.
 Ut plane ad insanissimi civis sui Guil-
 Postelli institutum se componere volu-
 isse videatur, quem Venetiis aliquando
 publice dicentem Henricus Stephanus
 (20) audivit, quod qui bonæ religionis
 speciem

speciem efformare velit, eam ex tribus istis, Christiana, Judaica & Turcica, conflare debeat. Quæ in conjectura me minime falli, non ita pridem ex scheda quadam MSCta Galliea intellexi, quæ Guidonem Patinum, Medicum Paris. & Prof. Regium ex Gabr. Nau-dæo, quo familiarissime usus est, audivisse commemorabat, fuisse omnino Venetiis quatuor homines, qui singulis hebdomadis, instituendarum super variis religionibus dissertationum Philosophicarum causa, bis convenerint, in iis Coronæum Rochomagensem, & quem dixi, Guil. Postellum, notarii vi-ces sustinentem, cujus chartæ, postquam ipse A. 1584. Parisiis obiisset, ad manus Bodini pervenerint, & huic scripto conficiendo fuerint adhibitæ. Unde quod in *Judaïdianos*, quos vocat, *Fanaticos* ætate sua Commodianus,

A 5

Con-

(10) Quid ipse refert in l' *Introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes, avec les modernes* Ch. 14. p. 100.

Constantino M. æqualis scriptor (21),
graviter dixit:

*Quid? medius Judæus, medius vis
esse profanus?*

id omnium maxime Bodino fanatico
aptes licet, qui Judaicæ ceterisque pro-
fanis religionibus hoc opere nimis in-
sistendo, Christianæ nullam ferme, aut
saltem perexiguam, rationem habuit.
Neque est, quod alienæ magis senten-
tiæ indicem suæ, interpretem, fuisse Bo-
dinum quis excipiat. Cur non enim
isti veneno, quod posterioribus maxi-
me Dialogorum libris tam larga manu
propinat, antidotum apposuit? Cur le-
ctorem suum, quantum in ipso est, in fi-
de *μελέωρον* relinquit, & a se dimittit?
Nempe per istiusmodi Dialogos se vi-
rus tanto latentius in incautorum ani-
mos diffusurum speravit. Ita enim,
quos

(21) in *Instruct. adv. gentium Deos, Acro-
stich. 37. p. 40.* editionis, quam Nic. Rigal-
tius Paris. A. 1666. cum Cypriani operibus
curavit

quos Christianorum ore loqui voluit, illis commodissime verbis instruere poterat, quæ nec eorum sententiam dextre pleneque proponerent, nec idoneis rationibus fulcirent, nec etiam à Judæorum, Muhammedanorum, Paganorumque cavillationibus solide vindicarent; sed ad harum copiarum conspectum post levem velitationem in fugam se coniectos victosque agnoscerent, aut turpi quoque silentio, vel trepida responsione desererent vadimonium. Cujusmodi artibus jam ante Bodinum Bernardinus etiam Ochinus [22] usus fuerat. Et quanquam huic operi, anno ætatis tertio & sexagesimo, ut subscriptio loquitur, absoluto, Bodinus integro amplius septennio supervixerit, (quia, Thuano teste, septuagenario major A. 1596. Laoduni mortuus est; ut ingentem parachronismum

A 6

com-

(22) In *Dialogis* A. 1563. Basil. editis; Conf. Hoornbeeck *Appart. ad Controv. & Disp. Secm. p. 48, 49.*

commisſiſſe Hofmannum (23) appareat, qui A. 1585. obiſſe ſcribit) nulla tamen poenitentia ſceleſti calami erimen expiaſſe legitur. Quin potius Judaicæ ſuperſtitioni immortalis, & ultimis verbis nihil quicquam de Chriſto locutus eſt [24]. Ad ipſum opus MSCtum quod attinet, ejus ἀπολογία a Bodini hæ-

(23) *Lexic. Univerſ. T. 1. p. 844. b.* (24)

Quod Gillotius Ep. ad Joſ. Scaligerum Paris. IX. Febr. A. 1607. ſcripta apud Colomeſ. Gall. Orient. p. 86. refert. Naudæus in ἀπολογία Gallico ex MSCto laudati Patini mecum benivole a Viro Nob. communicato, de hoc opere, *C' eſt un livre bien fait, inquit, mais fort dangereux, parce qu'il ſe moque de toutes les religions, & en fin conclad, qu' il n'y en a point: auſſi n'en avoit il point luy meſme il mouruſt comme un chien, ſine ullo ſenſu pietatis, n' eſtant ny Juif ny Chreſtien, ny Turc.* Alius ἀδελφότης itidem in MSC. Patini: *Bodin eſtoit un errange compagnon en fait de religion. Il mourut de la peſte a Laon 1596 aſſez vieil, & ne dit pas un mot de Jeſus Chriſtem mourant.*

hæredibus Illustri Parlamenti Parisienſis Præſidi Memmio utendum fuiſſe datum, qui inde ἀπόγραφον acceperit, ex quo cetera exemplaria manare ſit credibile; Patino Naudæus narravit. Idem autographum poſt obitum Bodini ad Jo. Cordesii, Canonici Lemovicenſis, viri doctiſſimi, manus, Sarravio (25) teſte, pervenit, qui iſtud à ſe poſſideri non amiciffimo ſuo Grotio tantum indicavit (26), ſed eidem quoque perlegendum eo, quantum apparet, ſine tranſmiſit, ut in nova librorum *de Veritate Relig. Chriſt.* recenſione Bodini in eam intorta βέλῃ κωφᾷ redderet. Neque ſuum de hoc opere iudicium Cordesio latere voluit Grotius, quod, etſi prolixius, digniſſimum tamen eſt, quod hic quoque legatur. Ita vero Grotius: (27) *Bodinum in illo miſſo ad*

A 7

me

(25) Ep. ad Iſ. Voſium Holmiam 3. Febr. 1651. ſcripta, *Epistolar.* p. 327. (26) ut ex *Grotii Epist. ad Gall.* CXXIX. p. 288. ed. Lipſ. conſpicere licet. (27) *Ep. ad Gall.* CLXVI. p. 356.

me opere agnovi, qualem existimavi
 semper, hominem rerum quam verborum
 studiosiorem, Latinitate utentem haut
 plane nitida, metricarum legum pueri-
 liter imperitum, Graecis literis vix im-
 butum, Hebraicorum morum ac senten-
 tiarum satis gnarum, non ex interiore
 lingua illius cognitione, sed ex amicitia,
 quam coluit cum doctissimis Hebraeorum,
 quae in illo *ωληροφροειαν* eam, quae in
 Christianis requiritur, non parum labe-
 factavit. In historiis & testimoniis ci-
 tandis video eum à vero saepe abire, ne-
 glectu malo credere, quam dolo: quan-
 quam interdum vix est, ut doli suspicio-
 nem effugiat. Ceterum nihil mihi novi
 laboris ad augendum de Ver. Chr. rel.
 librum hinc impositum intelligo. Nam
 si quae sunt, quae solidamenta illa arie-
 rent, quibus proprie Christiana fides ni-
 titur, iis occursum à me arbitror, quan-
 tum lectori non pertinaci sufficere possit.
 Si quae vero sunt dogmata in Christia-
 nismo late quidem recepta, sed sine quo-

*rum exacta notitia Christiani esse possu-
mus, ea ad meum illud argumentum
non pertinent.* Enimvero metuo, ne
magnifice nimis de paratis à se veritati
rel. Chr. vindiciis Hugo senserit, dum
nullam iis a Bodino molestiam creari,
quin imo poplites illi jam tum hoc li-
bro præcisos esse putavit: quanquam
hanc *κρίσις* suam Cordesio probatam
fuisse, ipse (28) significet. Nam inesse
Bodini Dialogis quam plurima, quæ
responsionem non perfunctoriam me-
rentia Grotianus liber intacta reliquit,
vel ex levissima utriusque *συγκρίσις*
constabit. Nihil, ne desit exemplum,
apud Grotium de peccato originis, ni-
hil de Divinitate & satisfactione Christi
reperias, in quibus Christianæ fidei
fundamentis subruendis Bodinus ta-
men summopere desudat. Neque ta-
men hæc & alia in eorum censu habenda
sunt, sine quorum exacta notitia
nobis licet esse Christianis. Neque
etiam

etiam profecto cum istoc se libro Grotius orbi Christiano probavit, a quo solidum Bodinianorum errorum elenchum expectare queamus. Socini enim doctrinam, Bodino alias quoque in non paucis deamatum, Grotium istic in crustasse, cuivis inspicienti palam est, & jam dudum Simplicius Verinus (29) ac Böclerus (30) annotarunt. Quam vero πληροφoρeία fidei, in Bodino à Grotio modo desiderata, Grotium ipsum destituerit, (quod ex fluctuante illius in fide ἀπορeία constat] quamque ille Bodino Judaizanti in corrumpendis præcipuis V. T. de Messia oraculis palmam fecerit ambiguam, hujus loci non est dicere. Hunc tamen Bodinianorum Dialogorum scopum sibi minus arridere, præter Grotium quoque πολυπλώτα] ❁ ille Naudæus non familiaris

(29) *Ep. ad Jul. Pacium p. 2. ed. Arg.* Quem Verinum vero nomine Sa'masium esse, Clementius & Crassus apud Placc. *pseudon. p. 258.* perhibent, et si aliud *Sarraviana Epistola p. 208.* velint. (30) *ad Grot. de J. B. P. p. 19.*

hieri tantum, quem cum Guid. Patino
 seruit, sermone professus est, sed &
 alias (31) indicavit: Utrum ex animi
 sui sententia, merito dubitabit, qui
 Naudæum in eadem cum Bodino Na-
 turalistarum navi navigasse sciat, quod
 cum alia, quæ dies forte ex latebris, qui-
 bus adhuc immerfa teguntur, protra-
 het, tum frequens ad familiares de re-
 ligione vox, *Intus ut lubet, foris ut mo-
 ris est*, docent. Primus qui cominus
 Bodinum aggrediretur, quantum ego
 quidem sciam, Petrus Daniel Huetius
 fuit, Aunedonaci Abbas, & liberalibus
 arti.

(31) in *Bibliogr. Polit.* teste primum p. 34. ubi Bodinum ait velut Phœnicem unum sui se-
 culi se ipsum tandem consumpsisse in con-
 templatione altioris illius scientia, cujus se-
 creta revereri potius & admirari debuisset,
 quam ipsa in medium & examen, velut reli-
 qua omnia, vocare; mox aperte p. 52. in eo-
 rum, qui diversas inter se religiones commi-
 fere, ordine Bodinum, ob *compositum sed
 nondum editum* (atq; *utinam nunquam e-
 datur!*) de rerum sublimium arcanis ingere
 volumen, collocat.

artibus Seren. Gallia Delphino infil-
landis non ita pridem adhibitus Ma-
gister [32]. Post quem Hadr. Bever-
landus in paradoxa, qua exoletam
Henr. Corn. Agrippæ [33] de peccato
Orig. sententiam recoquit & interpo-
lat, Dissertatione (34) idem egisse videri
voluit, sed iniqvus partim quoque in-
eptus censor: *Nec enim, inquit, nos mo-
vet Auctoris System. Preadamitici,
Hobbesii aut Spinoſe infanda cacochymia,
quibus multo neqviores se dilaniandum
propinat Bodinus in Dialogis de abdi-
tis rerum sublimium arcanis, sacerri-*
mo

-
- (32) *Demonſtr. Evang. paſſim, V. p. 44, 340, 557, 693, 702, 706, 726. ed. Amſt. qui opus ipſum peſtilentem Dialogum vocat, in quo Judaicum omne ſuum virus Bodinus evomuerit, tetrum, peſiferum & exitialem librum, nunquam editum, & nunquam edendum, auctorem vero quod boni eſt, excerptere, dicere quod mali eſt, v. l. quod mali eſſe putat, ſemi Judæum item & Judæorum gregalem eſſe judicat. (33) Oper. Part. poſter. p. 413. ſs. (34) p. 3. & in primis 86.*

mo libello, de palma certante cum contagioso execrande memoria blasphematoris Kourbachii Onomastico, qui tanto prior impostor, quanto Spinoza {Luciano, Machiavellus Juliano, Hobbes Carneade, Janus Alex. Ferrarius Thomas Brown & Cupero. Iniquum censorem dixi, dum multo nequiores Bodinum ipso Spinoza facit, quod quidem utrumque legentibus aliter apparet: ineptum vero, quia Janum Alex. Ferrarium huc advocat, sine dubio ad *Euclidem Catholicum* Parisiis, quod titulus fingit, A. 1667. editum, respiciens. Quod scriptum non serium, sed jocosum & satyricum, atque ad exagitandas Romanæ fidei, quas ejus promachi crepare solent, demonstrationes à celebri quodam Calvinianæ cathedræ in Illustr. Germ. Acad. Professore Theologo (35) adornatum esse, nobis exploratissimum est. Et tamen hosce Beverlandi flosculos in tuas areolas nuper Antagonista meus Jo. Lyserus,

serus, nova Athanasii Vincentii, quam ipse sibi circumposuit, larva superbiens, (36) secure transtulit. Bevertando autem Bodini opus nunquam fuisse visum, vel inde constat, quod *Παρονομία* libellum vocet, cum iustae magnitudinis volumen sit, & a Naudæo propterea merito *ingens* appellatum, Sed quicquid ejus illi innotuit, istud

(35) Ad quem non obscure digitum intendit maxime Rev. D. D. Jo. Gezelius filius, Aboensis hodie Episcopus, in pererudita *Disp. Inaugur.* Aboæ A. 1675. ad Dan. XI. 45. habita, cui tit. *יְהוָה יָדָה* five *Jubilatio AntiChr. Rom. ipsius existim.* ubi C. 3. p. 75. Recens, inquit, scriptor, qui in *Catholico Euclide methode mathematica fabricatus est Romana fidei hodierna demonstrationem.* Ut ita quoque Doroth. Ascianus fluctus in simpulo moverit, cum *Mont. Piet.* p. 551. solem huic Ferrarii *προνήματι*, eo quod apertum atheismum sapiat, invidet. (36) in *Polygamia triumphatrice*, quam tamen triumphatam cum alii, tum Amicus noster doctissimus, Joh. Brunsmannus, Ecclesiastes Hafn. brevi ostendet, p. 236. n.

istud omne Huetii *Demonstrationis Evangelii*, quam sibi fuisse lectam Beverlandus ipse significat, debuit. Unde quoque, quæ de Bodino Antidico-Marianita retentiori libro (37) prodidit, accepit. Alios (38) non est quod hinc moremur, qui præter titulum operis, ex Colomesio petitum, nihil attulerunt. Adeo Bodinianorum Dialogorum in quarundam Galliarum Bibliothecarum claustris delitescentium, raritas obfuit, quominus per ora doctorum vagari, & illorum manibus teri potuerint. Accendit tamen istud in Svecia Regium Serenissimæ Augustæ CHRISTINÆ desiderium, ut, Isaacio Vossio apud Sarravium ἐγγοδιώντη, hoc opus
Bodini

(37) *Lucubr. Academ. de stolata virgin. jure* p. 87. (38) ut Georg. Matth. König. *Biblioth. V. & N. p. 117. b.* Jo. Christoph. Rummetsch. *Dedic. Schediasm. Histor. Theol. de conjectur. temp. ad Franc. 1681.* (39) V. *Sarravianas* p. 322, 325, 326, 327, 335, 350, 351. quæ magnam partem in Colomesii *Gall. Orientis* p. 86. etiam leguntur,

Bodini A. 1650 & 1651 in Gallia quæ-
reret, sed vix inveniret. Nam diffi-
cultatem ejus nanciscendi, juxta cum
summa exemplarium in Gallia pauci-
tate, aliquoties Vossio Sarravius [39]
professus est. Quippe nec in Biblio-
theca Regia, nec Thuana, aut Riche-
liana, aut Mazarina, ullum existare,
neque id se, neque Puteanos FF. neque
Bignonium, neque Patinum, neque
Moræum habere narrat. Quamquam
vero ejus è Præsidis Memmii Biblio-
theca splendidissima consequendi
spem Valesius Sarravio faceret, a cata-
logo tamen librorum MSS. Bibl. Mem-
mianæ desiderati Bodini Dialogi abfu-
erunt. Primum tandem Dialogorum
librum Sarravius obtinuit, & Seren.
Reginæ misit, sed nihil eorum, quæ ad
Judaicam & Christianam religionem
spectant, complectentem. Cumque
apographum totum in Cluniacensi
Bibliotheca reperiri intellexisset, istud
tamen possessores secum communicare
nolu-

noluisse, sed tanquam pretiosissimum
κεμήλιον servasse, conqveritur. Sere-
 nissimam interim Reginam voti deni-
 que compotem factam, ex Colomesio
 (40) disco, qui se hoc Bodini opus in
 museo Cl. viri D. Briot, descriptum
 e MSCto Cod. Ser. Suec. Reginae vi-
 disse tradit. Quo magis meam prædi-
 care *εὐτυχίαν* licebit, cui non unum,
 sed duplex horum Dialogorum exem-
 plar in media Germania, singulari mag-
 norum virorum, quod publice gratus
 agnosco, beneficio obtigit. Alterum
 eas antiquitatis notas ferens, ut illud
 ex primis Bodiniani operis apographis
 esse nullus ambigam, idemque multo
 ære ante complures annos in Anglia ex
 Guilielmi Laud, Archiepiscopi Can-
 tuariensis, Bibliotheca, ut ferebatur,
 redemptum: Alterum recentius qui-
 dem istud, & ante hos XX denu annos
 e codice Patini [quem ille vel Sarravio
 se habere dissimulavit, vel tunc non-
 dum

(40) l. c. p. 85.

Cum etiam habuit] festinanti manu, ut
 in istiusmodi libris, quorum in paucos
 tantum dies utendorum copia datur,
 fieri amat, descriptum, sed quod non
 raro lacunis Anglici codicis supplen-
 dis, emaculandisque librarii vitiis, uti-
 liter adhiberi potest. Quam commo-
 dam occasionem non negligendam du-
 cens, cum inauguralis Διατριβὴ scri-
 benda esset, hæc Ἐπιγραφή Bodini
 διεφθαρμένη τὸν ἕνδεκάτονον
 μένα τῆς ἀληθείας I. Tim. VI. 5. delige-
 re, ac exinde, propter triste, cui omnes
 adhuc apud nos ingemiscunt, Naturali-
 stæ spectaculū eam decerpere particu-
 larā & paucis examinare libuit, quæ religi-
 onis naturalis ad consequendam salutē
 ἐκανότητα in lectorum animos insinua-
 re studet, sed ita, ut quædam de non-
 nullis Naturalismi speciebus generalia
 antecedant. Neq; vero hic ab eorum
 mihi obelo metuo, qui satius fuisse pu-
 tabant, ut in tenebris, quibus singulari
 fato jam ferme per seculum Bodini li-
 ber

ber sepultus ac damnatus est, æternum relinqvatur, nec unqvam ejus quicquam proferatur in apricum. Eam enim de bonitate causæ Christianæ fiduciam animus noster concepit, ut nihil in ejus oppugnationem a quibuscunqve infernalis *μυριοεχνίτα* organis excogitari posse credamus, cui non ex instructissima verbi divini *πανοπλία* fortiter obviam iri possit. Quapropter eo minus ejusmodi *Φυξήλια*, in divinam veritatem injuria, scripta premenda putamus, ne, qui hodie rem Christianam ludibrio habent, in illis tanquam invictis irreligiøsæ suæ *ἀθεότητος* munimentis glorientur, exultent, tripudiant, & a nobis, de argumentorum *αλύτων* solutione desperantibus, ea de industria subduci criminentur. Et ut maxime absqve hoc opere Bodiniano esset, nihilo tamen minus *οἱ μυκτηρίζοντες* uberrimum Scepticismi pabulum in tot monstrosis, quos hæc ætas parturit, libris licenter

B

inve-

invenirent. Quod superest, cum Davide Psalm. CXIX. 37. Deum precamur :

העבר עיני מראות שוא בדרכך חייני :

I.

INnoxia, quod ad originem. Naturalismi & Naturalistarum nomina, quorum alterum etiam designando rerum naturalium scrutatori hodieque adhiberi solet, dudum male audire, & in eos, qui naturam ultra sphaeram, suae activitatis ad potentiam supernaturalem in spiritualibus, imo infinitam evchere ausi sunt, intorqueri coeperunt. Quam quidem Naturalismum nunc secundum tres subtilis, crassi, & crassissimi species considerare libet.

II.

Subtilis, Naturalismi reos omnes istos agimus, qui in spiritualibus vel gratiae internae necessitatem penitus excludunt, vel naturam gratiae non subordinant, sed coordinant, imo efficacem

cacem illi ad hanc procurandum motionem adscribunt. In quam classem omnes illos compingas licet, qui τὸ εἶϕ' ἡμῶν, seu liberum arbitrium, tantis ad huc post apostasiam Adami viribus naturalibus pollere persuasi sunt, ut tum in irrogenito ad objectum spiritualiter bonum, illud congruis cogitationibus appetendo, se applicare & extendere, tum a Spiritu S. excitatum in actu regenerationis ei cooperari, tum denique in renato impetratae gratiae statum conservare, & augmentum impetrare possit. Quem Naturalismum jam ipsa ferme Ecclesiae Christianae infantia in nonnullis Doctoribus, philosophiae paganæ innutritis, & a magnificis, quibus illa τὸ αὐτεξέσσιον prosequebatur, elogiis deceptis, vidit, adultior ætas variis vexata hæreticis ægrotulit, extrema hæc senescens ad huc sibi gravem persentiscit. (1) Sunt equidem ex Calvinianis (2) qui nostra quoque huic Naturalistarum albo nomina,

maxime propter dogma de prævisa fi-
de finali, quam causam impulsivam
externam decreti electionis in DEO
constituimus, libenter inserta cupiant:
quæ tamen inde partim orthodoxia no-
stra recte intellecta (3), partim vi ve-
ritatis extorta cuidam adversariorum
(4) vox facile expungit.

(1) Nullum fere esse doctrinæ locum, qui
tam cito obscurari cœperit, atque hic de li-
bero arbitrio, ajunt Centur. Magdeb. *Cent.*
II. p. 58. Historiam certaminum hoc in ne-
gotio ex nostris Tilem. Helthufius egregio
de servo hom. arbitrio libro, Magdeb. A. 1562.
edito *Cap. sexto toto*, & Ægid. Strauchius in
Jure tertii Orth. circa caus. Jesuitico-Fan-
sen. §. 1. ss. texunt. Adde Dn. D. Qvenstedt
de adyn. vir. hom. irreg. in spirito. §. 15. ss.
Ludov. Crocium *Dyodec. Dissert. Exeg. &*
Apolog. Diss. V. a §. 45. ad 132. p. 230. ss.
Sigilatim post veteres hæreticos, ab histo-
riæ Pelagianæ in Belgio scriptoribus excuf-
fos, inter nimios virium liberi arb. natura-
lium buccinatores collocari merentur PON-
TIFICII, Gerhard, *T. II. LL. de L. A. C. §.*
§. 50. ss. p. 214. ss. & Dissp. Theol. P. I. p. 72. 73. 654.
655. & imprimis hodie ex Jesuitis Moralitæ
quos

Quos actiones morales ac naturales gentili-
um eo usque extendere, ut eas etiam proxi-
mas ad fidem & justificationem dispositiones
esse statuunt, Auctor doctus anonmyus, sed
Pontificius, ex eorum, qui Jansenium se-
quuntur, cœtu, *de la Morale des Jesuites*
T. II. p. 6. notat. Joh. Wolffg. Textorem *l.*
de vera & var. rat. stat. Germ. modern. C.
21. p. 669. fs. nimis exiliter de nostra cum
Pontificiis super viribus lib. arb. in spiritua-
libus lite sentientem, non est quod audia-
mus. SYNERGISTÆ superioris seculi,
Schluffelburg, *Catal. Her. l. V. p. 16. fs.* SO-
CINIANI, Scherzer. *Colleg. Anti S. p. 305,*
306. REMONSTRANTES, Molinæ. *A-*
natom. Armin. C. 3. p. 359. fs. Calov. *Con-*
sid. Armin. p. 246. WEIGELIANI, Nic.
Hunnii *Christf. Betr. der neuen Paracels.*
und Weig. Theologie p. 377 fs. Geih. *Disp.*
Th. P. II. p. 462. fs. MENNONITÆ, Mül-
ler. *Anabapt. p. 143, 144.* GRÆCI, Vejel. *de*
Eccl. Gr. hod. p. 44. Ne quid de JUDÆIS
atque TURCIS dicam; quorum illos ean-
dem cum Pelagianis de viribus L. A. sen-
tentiam fovere, Seb. Schmidius *Colleg. Bi-*
bl. prior. p. 239. & plenius Hottinger. *En-*
nead. Dissert. p. 251. 252 itemq; Wagenfeil.
in *Confu t. Cærm, R. Lipman Tilor. 1777. Sæ-*
tav. p. 206. fs. ostendunt; de horum autem

fectis Kadraeis, Motazalitis &c. v. Holmii
Confid. Theol. Muham. p. 3. art. 6. §. 1. Us-
 que adeo corruptæ carnis humanæ *à u* *ſ* *a*-
deca sibi ipsa blanditur.

(2) V. Palatinos im *Rurgen Anhang* p. 127.
ſs. Robertum Sarisburiensem, qui nos per
 Arminii latus fodit, *prof. Exerc. de grat.*
& persever. sanct. lit. C. 3. a. & ipsius *Exerc.*
p. 16. ſs. Wendelin. *Exerc. Theol. VIII. §. 13.*
ſs. p. 70. ſs. Et nuper Joh. Heinius *Exerc.*
Theol. III. §. 20. p. 512. apertis licet & acriter
 intentis oculis hactenus se videre non
 potuisse asseverat, quomodo Lutherani Pe-
 lagianorum & Semipelagianorum, naturæ
 corruptæ aliquas vires tribuentium, erro-
 rem re ipsa & revera a se removeant, vel etiam
 falvis hypothesibus removeere possint, etsi
 eum serio se detestari, & longissime a sese
 removeere gloriantur. Hanc ipsam in ea-
 dem causâ Pelagianæ Heterodoxiæ ex orco
 revocatæ dicam Hunnio Sam. Huberus, uni-
 versalis electionis errore fasci natus, in *Explic.*
Cap. IX. X. & XI. Ep. ad Rom. p. 282. ed. Ursell.
A. 1597. nec non Confut. brev. Mulhus. A. 1595.
ed. p. 4. scribebat. Corn. quoque Jansenius, E-
 piscopus Yprensis, easdem, ut alias, item
 hic, cum Calvinianis tibias inflans, *Augusti-*
ni sui Tom. I. p. 134, 136, nos hac parte cavil-
 latus est.

(3) Fidem

(3) Fidē enim, quæ electionis decretū secundu nos ingreditur, non ex naturæ nostræ viribus cum Pelagianis arcessimus, sed in solidum gratiæ divinæ, tanquam donum *ἔρανόθεν* delapsū, deberi fatemur. Lege nostram thesin ab hoc intentato Pelagii Naturalismo asserentes, Cramerum *Arbor. Conf. Har. p. 119, & de Prædestin. p. 249. ss.* Pelargum, tunc adhuc nostrum, *Explic. Damasc. de Orth. fid. l. 2. C. 32. q. 5. fol. 100. 101. & imprimis Joh. Musæum, qui Dissert. de at. e-lect. Decr. C. XI. tot. p. 243. ss. exquisitissima diligentia hoc vindiciarum labore defunctus est.*

(4) Is est Joh. Bergius in der Antwort auff D. Micrælii Mißdeutungen C. 5. p. 100. ubi se Doctores Lutheranos Semipelagianismi accusare nolle scribit, quia suam de viribus L. A. sententiam in libro Concordiæ bene recteq; declaraverint, & tam Semipelagianis quam Pelagianis directe & aperte contradixerint.

III.

Crassus Naturalismus, & ipse *πρό-λυμορφῶς*, vel revelationis, quæ divina voluntas, de consequenda per fidem in Christum æterna salute, patefacta.

est, certitudinem convellit, vel hac agnita illam revelationem simpliciter, creditu necessariam esse negat, ut ita notitiam Dei naturalem omnium cordibus inscriptam, ad salutem procurandam, aut saltem arcendam damnationem, esse sufficientem & proportionatam obtineat. Adeoque Paganis, secundum nudum rectæ rationis dictamen incedentibus, hic Naturalismus vel cœlum aperit, vel, cum τὸ σκληρὸν vult μαλθακίζεν, infernum saltem claudit. Extollit in negotio salutis immodice naturam, ut elevet aut plane tollat divinam gratiam. Vere cum Φθέριασιν dicas, quæ Christianam religionem per ipsos primum Patres, securius ante mota certamina Pelagiana loquentes, tum deinde Pelagianos, Photinianos, Remonstrantes, Weigelianos, Anabaptistas, Græcos hodiernos, nonnullos item Pontificios & Calvinianos (1) infecit, ac pestilenti contagione, quod mireris, ad ipsos quoque

que Judæos (2) se diffudit. Luthero e-
 andem quidem scabiem Calviniani (3),
 puto ut vicem nobis pro aceusato Na-
 turalismi Zwinglio, (4) rependerent,
 affricare, sed irrito labore (5), conati
 sunt. Qui ante hoc decennium luci-
 fuga (6) inepto electorum extra Eccle-
 siam existentium patrociniò hunc Na-
 turalismum profitebatur, etsi nostras
 (7) videri voluerit, tunc tamen mini-
 me noster fuit, I. Joh. II, 19. unde & su-
 um ab eo dissensum nostri (8) testati
 sunt.

(1) De quibus omnibus & singulis omnino V.
 Casaub. *Exerc. I. ad Baron.* v. 1. p. 2. §. Dal-
 la. *de Usu Patrum* l. 2. C. 4. p. 256, 258, Voss.
Histor. Pelag. l. 3. p. 2. §. 10. p. 340. §. Christ.
 Matthiæ *Exerc. Theol. AntiPhot.* Dec. I. E-
xerc. 2. §. 17. §. Wilh. Dyser. *ver. relig. V.T.*
Disp. 1. p. 15. Cramer. *Schol. Prophet.* Cl. IV.
 p. 240. §. Gerhard. *Confess. Cathol.* l. 2. spec.
 P. 1. p. 482. §. & *Disp. Theol.* P. 1. p. 110. III.
 310. §. 870. §. 1410. Hulfemann. *de Auxil.*
grat. Disp. 2. C. 1. §. 5. p. 90 §. & *Disp. de*
dogmat. ad salut. situ & cred. necess. §. 3. p.
 411, 412. edit. annexæ Calv. *irres.* Calov

*Syst. Theol. Tom. I. p. 177. ss. Müller Atheism. de vict. C. 16. p. 396. Prideaux Lect. VIII, §. 2. ss. Operum A. 1673. Tiguri excusorum p. 100. ss. Maref. Anti Trin. Tom. II. p. 280. ss. Nigrin. de Implet. leg. p. 114. ss. Dannhauer Hodom. Pap. Tom. I. p. 979, 980. Schlüsselburg. Theol. Calv. l. 3. fol. 54. ss. Osiand. Typ. leg. nat. Part. spec. §. 61. ss. p. 237. ss. Thumm. Impiet. Weigel. p. 108. Cloppenburg. Gangran. Theol. Anabapt. p. 229, 230. Allat. Dissert. 2. de libr: Eccl. Grac. p. 240. 308. ss. ex quo nonnulla refert Suicer Thesaur. Eccles. Tom. I. p. 92. Pertinet huc etiam tum Papizantium quorundam in Anglia Episcopatum, apud Honorinum Reggium, hoc est, Georgium Hornium *praf. lib. de stat. Eccl. Britann. hodiern. lit. b. 4. l.* tum famosorum, qui ibidem hodie Arminianorum Calvinianorumque conciliatores ac *μεσισταί* sunt, Latitudinarios sententia, quorum nomine pro honestorum gentilium citra *Χριστιανισμῶν* salute. Fovvlerus in *Principles and practices of certain moderate divines, abusively called Latitudinarians* p. 247. ss. declamat. Quam operosi hujus Naturalismi incrustatores Herbertus de Cherbury & Hobbesius fuerint, eorum scripta demonstrasse, ex quibus studiose eum eruit. orbiqve literato nuper spectandum dedit maxime*

xime Rever. D. D. Kortholtus. Theologus
 • hujus Academiae primarius, *l. de tribus Im-
 postoribus*, ubi p. 151. Herbettum merito
Naturalistarum aevi nostri Principem salu-
 tat; Hobbesium autem *Naturalismi ante-
 signanum* vocat Becmanus *Lin. doct. Mo-
 ral. C. 4. §. 5. p. 50.*

(2) Ut Judæos his Naturalistis accenseam, eo-
 rum de septem præceptis Noachicis opinio
 facit, quæ quotquot incolarum mundi serva-
 verint, iis omnibus in præmium partem in
 futuro seculo assignat. V. Selden. *l. 7. de
 Jur. N. & G. juxta disc. Ebr. C. 10. p. 833. ed
 Lond. Dassov. Diatrib. de sent. Jud. de re-
 surr. mort. C. 5. p. 131, 132.* R. Lipman. *Niz-
 zachon* ab Hackspan. editi p. 193. cujus verba
 quoque apud Hottinger. *Thefauer. Philo-
 log. p. 136.* legi possunt. Atqui hæc præce-
 pta propositionibus maxime juris naturalis
 constare, in aprico est. Unde & qui hodie in
 Barbaria vivunt, Judæi omnes legi naturali
 conformiter viventes homines æternæ vitæ
 participes futuros credunt, quod me Lan-
 cellotti Addison perquam curiosus, & Syna-
 gogam Judæorum Africanam (cum Ger-
 manicam tantum & Polonicam Buxtorfius
 dederit) egregie delineans liber, Londini A.
 1676. excusus, *The present state of the Jews
 in Barbary*, docuit, cujus אַרְשֵׁי אֱלֹהִים,

quia ad rem presentem summopere condu-
eunt, afferam. Sic autem ille dicti libri C. 3.
p. 29. *Their next singularity of opinion re-
specks the Law of Nature, which alone
they as firm to be obligatory of all Mankind.
And to those who observe this Law, they
promise the World to come, which (in the
phrase of the present Jews) is alone with
Eternal life.* Nihilominus tamen eos pe-
culiare sibi, quibus solis legem Mosis Deus
dedit, privilegium reservare addit, pro-
pter cujus observantiam majori præ ceteris
gloria & felicitate beandi sunt.

(3) Quod post Paræum, Berolinenses, Pelar-
gum Apostatam novissimæ fecit Wendeli-
nus *Exerc. Theol XXXVII. §. 8. p. 578. &
XLII. §. 2. p. 617.*

(4) Quem Gualthero, Vedelio, Crocio frustra
ringentibus, Paganis extra Christum salu-
tem adscripsisse, copiose & solide Jo. Mu-
sæus l. 3. *de usu Princ. rat. & Phil. in Contr.
Theol. C. 9, 10, 11, 12. a p. 598. ad 650.* ostendit.
Conf. Joh. Tob. Major. *Annot. ad acta Apost.*
p. 149, 150. Ut non habuerit Hottingerus
Append. I. Schol. Tigur. Carol. p. 65. cur ob-
servationi ad exemplaris operum Zwinglii,
a Laur. Agricola Vitodurano olim possessi
Tom. II. p. 559. b. marginem (sic enim, &
non margini, ut editum est, scribere Hot-
tingerus

tingerus voluit) adscriptæ tantum tribueret, quæ per Synecdochen speciei allegoricam Hercules, Theseus, Socrates &c. pro fortibus, sapientibus &c. Zwinglio poni finguntur. Certe qui Zwinglii ad Urban. Regium A. 1526 datas literas cum prolixa ejusdem ad eundem declaratione in *Volunt. Epist. Oecolamp. & Zwingl. Basilea. An. 1536. impressarum l. 1. fol. 17, 18, 54. fs.* attente perlegerit, omnium optime istos gregalium Zwinglii agere judicabit, qui illum utroque crure in luto Naturalissimi hærentem ingenua erroris confessione destituunt, quam qui frivola eundem excusatione, aut turpi etiam defensione inde expedire student.

(5) V. Hutter. *Arenic. C. 28. p. 259. Geth. Conf. Cath. l. supran. 1. cit. & Diss. Th. P. 1. p. 1348. Danuhau. Hodom Calv. P. 1. p. 675 fs.*

(6) In *seria disquis. de statu, loco & vita animarum, post quam discesserunt a corporibus, præsertim fidelium, p. 164. fs.*

(7) Nam p. 80. B. Lutheri & parastatarum in repurganda a Papatus erroribus, divino beneficio, Ecclesiæ doctrina ministerium laudat, & p. 36. ad Theologorum nostrorum adversus Calv. probationem provocat, eosque p. 165. ejusdem secum Confessionis socios agnoscit.

IV.

Crassissimus omnium, & non raro ἐξοχικῶς ita dictus Naturalismus omnem Numinis existentiam abnegans, vel ipsum hunc visibilem mundum, vel saltem materiam ἀῤῥακτον ab æterno exitisse delirat, ex cujus fortuito concursu totum hoc universum Sit compactum, nullumque adeo a natura, quam Philosophi Christiani dicunt, naturata distinctum ens infinitum agnoscit. (1) Tanto insanior præ gentilium Philosophorum doctrina, quæ etsi materiæ æternitatem adscriberet (2), ei tamen aliud principium coæternum ἀνυλον opponebat, quod hic, quem nunc describo, Naturalismus plane ridet. Fuerunt equidem, qui tam infandam ἀθεότητα in ullius unquam hominis pectore stabulari potuisse negarent; sed volunt illi profecto, quod optare magis Christiana mens, quam in tanta πωρώσει expectare queat.

(3) Ex-

(3) Execrandæ hujus impietatis fontes alii alios aperiunt (4). Variis ejus affectu nominibus insigniuntur, non Naturalistarum modo, sed & Deistarum, Materialistarum, & Atheorum speculativorum. In Galliâ, ubi dudum istorum nebulonum largus proventus fuit, ambitioso titulo *les Esprits fort* (5) dici voluerunt. In Germania nostra non ita pridem Conscientiariorum, *der Gewissener* nomen affectarunt (6). Illustria hujus Naturalismi exempla sunt, quorum alterum ex Turcia Ricaudus (7) alterum ex Anglia, Gianvillus (8) dederunt. Inter ævi nostri verrucas maxime hac infamia notari solet Julius Cæsar (quod ipse sibi superbum Prænomen in libris imponit, quæntquam Lucilii nomen à sacro fonte, quod nuper Sam. Parkerus (9). anhotavit, acceperit) Vaninus, a Taurisano, Theologus, Philosophus & Juris utriusque Doctor; scriptor multo plurimum ore, quam oculis &

& manibus usurpatus. Magna enim librorum ejus. (10) raritas effecit, ut nonnulli minus recte, non de auctore quidem, (quem consummatum Atheismum tandem fuisse professum, supplicii de eo Tolosæ sumpti causa, cum execrandis, quas eo jam impendente evomuit, vocibus (11) testatur] sed ejus scriptis, quasi pleno nobis horreo nequissimum hunc Naturalismum admetiantur, sentiant, a quibus nobis, qui aliqua eum cura famulos istos Vanini libros tractavimus, abire liceat. Eum interim in *secta ἀθεϊστικῆ* & *pestis lentissima*, quam ipse præf. *Amphib.* vocat, oppugnanda, dum leviora ex Philosophiæ pharetra tela depromit, sæpe deficere, nullus dissimulo. (12). Hujus ipsius Naturalismi Hobbesium quoque sunt (13) qui arguant, quamvis qui ante biennium *Anatomen Hobbesianismi* secundum seriem locorum Theologiæ Christianæ instituit, Gisbertus Cocquius, ea de re plane fileat.

De

De Benedicto Spinoza tanto magis pe-
rorata lis est, quo apertius ipse Dei
nomine naturam se intelligere signifi-
cat, id est, hoc universum, ex se ipso
& per seipsum ab æterno existens, nec
ullam sibi causam externam agnos-
cens, & præter naturam sive materiam
mundanam, immensam, αὐτοζῶον, nul-
lum omnino Deum admittit (14). Ut
adeo justo zelo stimulatus Maresius (15)
Spinosa*m* *Exjudæum blasphemum &*
formalem Atheum proclamaverit.

- (1) Qui hanc Naturalistarum Theologiam, ru-
dimentis catecheticis breviter expressam,
legere. gestit, insignem Caroli Wolseley,
Baronetti, librum *The unreasonableness of*
Atheism p. 197. f. e d. Lond. A. 1669 adeat.
- (2) De hoc fundamentali Philosophiæ genti-
lis errore evolve Thomas, *Schediasm. Histor.*
p. 28, 29, & *Exerc. de Stoica mundi exist.* p.
162. Windet *de vita sanct. stat. sect.* 3. p. 35.
Conf. ex antiquis Methodius Episcopus &
Martyr πῆσι ἡ ἀντιθετικὴ ἀπολογία apud Photium
Biblioth. Cod. 236. p. 940. seq. ed. Gr. L.
Rothom.
- (3) V. Wagner *Exam. Elencht. Atheism.*
Specul.

Specul. C. 3. p. 5, 16. Deusing. Oecon. corp. anim. restit p. 55. Orat. Tuber. Cinq. Dialogues p. 286, 287.

- (4) Ingeniosissimus Joh. d' Espagne *Erreurs populaires* Ch. 6. p. 28. nimium, quo nonnulli certæ cuidam scientiæ se addicunt, studium affert, quo fiat, ut eorum animus nullum arte sua principium superius admittere velit. Alias pene toto *lib. IV. de Orig. Error.* p. 200. *ss.* causas Abrahamus Heidanus affert. Adde Muller. *Ath. dev. C. 3. p. 35. ss.* Thomaf. *Prefat. p. 404. ss.*
- (5) Ut notat Peller ad *Klock. de Heret. t. 2. C. 85, p. 841 a,*
- (6) Auctore Matthia Knutzen, *V. Epistolam* ejus *Lat. p. 3. & Colloq, Germ. p. 5, 11. s. editionis,* quam Joh. Musæus der *Ablehnung der außgesprengten abscheulichen Verleumdung* &c. A. 1675. annexuit.
- (7) insigni elogio a Jac. Sponio *Voyage T. I. p. 235. tractatus in Hist. pres. stat. Imp. Ottoman.* ex Anglico Gallice a Brioto translata, *t. 2. C. 20. p. 320. ed. Amst. 1671.*
- (8) *Reflections of Drollery and Atheism. p. 177, 178. ed. Lond. 1668.*
- (9) *Disp. I. de Deo, sect. 26. p. 77, 78. ed. Lond. 1678. Lucilium sane Gramond. l. 3. Hist. Gall. p. 210. ed. Amst. 1653, cum aliis vocat.*
- (10) Quorum prior, quantum ad hanc rem,
Lugd

Lugd. A. 1615. edirus, inscribitur: *Amphi-
theatrum aeterna providentia divino-magi-
cum, Christiano-Physicum, nec non Astro-
logica-Catholicum, ad versus veteres Philo-
sophos, Atheos, Epicureos, Peripateticos &
Stoicos*; qui cum privilegio Regis, & variis
approbationibus Doctorum prodiit, quos
inter Joh. Claudius de Ville, S. Th. Magi-
ster, Lugdunensis Canonicus, & librorum
censor fidem facit, se hoc opus evoluisse, ni-
bilq; in ea a Catholica & Romana fide alien-
um, sed cum peracutis, tum pervalidas ra-
tiones juxta sanam sublimiorum in S. Theol.
Magistrorum doctrinam (o quam utiliter!)
contineri. Ipse vero Vaninus non in praef-
tantum omnia & singula verba Rom. Eccle-
sia judicio & censura humillime subjicit, sed
& in fine operis p. 334. se Pauli V. auctorita-
ti potestatiqve libellum hunc obnoxium vel-
le & subiectum agnoscit. Alter liber ἐπι-
γραφαὶν de admirandis natura Regina Dea
q; mortalium artibus gerit, itidem cum
privilegio Regis Lutetiae Paris. A. 1616. im-
pressus, & approbationibus F. Edmundi
Corradin. Guard. Conv. F. Min. Paris. item-
que F. Claudii le Petit, utriusq; Doct. in al-
ma Fac. Th. Paris. munitus, qui se vidisse &
legisse Dialogos Julii Cas. Vanini, Philosophae
praestantissimi, produnt, in quibus nihil reli-
gioni

*gioni Catholica, Apostolica & Romana repug-
nans aut contrariū repererint, imo ut subtilis-
simos, dignissimos, qui typis mandentur, com-
mendant; ubi denuo Vaninus p. 495. hujus
sux dissertationis singula verba divino Rom.
Ecclesie oraculo, ejusque infallibili interpreti
a Sp. S. modo constituto Paulo V. subjicit, ita
ut pro non dictis habeantur, si qua forsit an
sunt, quod vix crediderit, qua illius placuisse
ad amissim non consentiant:*

(11) V. Voët. *Disp. select. T. I. p. 202, 203.* Mü-
ler. *Atheism. dev. p. 24. §.* Valkenier *Ven-
uverde Europa P. 3. p. 226, 217.* ed. Amst.
1675. Marcel *Tablettes de l' Histoire Ecclesi.
lit. l. iis. 2.* ed. Paris. 1680. Quo jure post in-
felicia fata Vaninum, qui, loquente Winde-
to *de vit. funet. stat. sect. 3. p. 34* naturæ Dæ
infrunitus sacerdos, idem & infame sacrifi-
cium fuit, *Clarissimum Theologum Gregor.
Greg. Francus de sign. extr. dies C. 14. lit. R.*
3. i appellet, non habeo dicere.

(12) Quod justam utique suspicionem cordatis
movit, ut jam tum, cum libros istos in speci-
em non malos ederet, alium corde scelus
Vaninum pressisse, causamque, quam tu-
endam susceperat, argumentorum levitate
magis prodidisse existimarent, quippe τὸ
ἀδενές τῆς ἀποδείξεως, ἐλαττώσις
ἀλη-

ἐλαθείας Adifis Raynaud. *Erotem. de bon. & mal. libr. P. I. Erot. 4. n. 34. p. 20.*
 Spizel. *Scrutin. Atheism. p. 19. 20.* Spanhem.
L' Athee convaincu p. 47, 48.

(13) Quos inter præcipue est Parkerus *Diss. L. de Deo p. 87. fs.*

(14) V. Henr. Morus *præf. general. in Opera Philosoph. Londini A. 1679. edita. p. 14, 15.*
 & in ipsis *Operibus p. 567, 602, 612. &c. &*
in primis Dn. D. Kortholt. de tribus Impost. sect. 3. §. 15. p. 17. fs.

(15) *Vindic. Dissert. de abus. Philos. Cartes. p. 4.*
 V.

Accedamus tandem ad Bodinum, & cui Naturalismo Patronus adsit, inspiciamus. Ab hoc quidem, quem postremo commemoravimus, crassissimo cum persona, quam cuilibet colloquentium imposuit, tum ipsa quoque ἐργασία immunem eum præstat. Ast cui secundas detuli, crassus Bodino tam non displicet, ut in illo etiam, qua potuit, antiquitatis, præstantiæ, simplicitatis, veritatis ac utilitatis specie ornando, sudet. Cujus ei sententiæ non tum demum cum hosce Dialogos scriberet, in mentem venit, sed illam jam

ante

ante editis operibus (1) testatus fuerat.

(1) Nam, annotante Gerharo *Confess. Cathol. loco supra ad § III. n. 1 cit. Bodin. l. 2. Damonom. C. 3. & l. 4. de rep. Socratem, Photionem, Aristidem, &c. non esse temere damnandos monet.*

VI.

Sed verba ipsa Dialogistarum, optima fide ex MSCto excerpta, representanda sunt. Illi igitur, ubi libro IV. varia inter sese de discrepantia religionum in republ. & speciatim religione paganorum & quorumvis idololatrarum (quam Deo gratam fuisse & esse exemplis Ægyptiarum obstetricum, Exod. I. 21. quæ Apin; Alexandri Severi, qui in eodem larario Abrahamum, Orpheum, Herculem & Christum; Ninivitarum Jon. III. 10. qui Mitram seu Bahalem colebant, eorum denique qui templa Dæmoniorum diripientes, non minus atque illi, qui ex templo Hierosolymitano veri Dei aurum expilarunt, funestissimis casibus perierunt, satis insulse, confirmant] item-

itemque Judæorum, nec non oraculis gentilium, & somniis tum aliorum, tum Prophetarum, fermocinati fuerant, tandem in antiquissimæ religionis mentionem incidunt, quam ab Adamo (Præadamitas enim Gallia tunc adhuc ignorabat) Toralba deducens. *Illud, inquit, tantum mee conclusionis argumentum est, Adamum ejusq; filium Abelem optima religione imbutos fuisse, deinde Sethum, Henochum, Methusalem ad Noemum usque, qui æternum illum ac verum solumque Deum, rerum omnium opificem ac parentem, totiusq; mundi architectum maximum, ceteris omnibus exclusis, sanctissime coluerunt. Hanc igitur religionem non modo antiquissimam, sed etiam omnium optimam esse confido: & qui ab illa optima antiquissimaq; religione discesserunt, in labyrinthos errorum inexplicabiles incidisse. Salomo, Mihi tecum, Toralba, convenit, illam scilicet omnium optimam religionem esse antiquissimam ab optimo parente*

parente generis humani traditam, quæ
 unius æterni Dei cultu purissimo, semoto
 Deorum ac Divorum omnium, atque
 etiam rerum creatarum turba, contine-
 tur. Nam quod scribitur Gen. IV. in fine,
 etate Seth Deum coli cepisse, plerosq; fe-
 fellit ambiguitas (ita enim omnino le-
 gendum est, etsi in utroque exemplari
 nostro reperiatu vox plane ἀνωγει-
 σθαι, antiquitas) verbi חֲדָשׁ הַחֹדֶשׁ
 prood incipere & profanare significat.
 Jonathan Chaldaeus interpres ita reddit
 ex Hebraicis Chaldaica: הוּא דְרָא
 דְבִיוֹטוּהִי שְׂרִיאוּ לְמַטְעֵי וְעַבְדוּ לְהוּן
 ט עוֹן וּמְכַנְיָן לְטַעוּתְהוֹן בְּשׁוּם מִימְרָא
 חֲדָשׁ id est, tunc coeperunt homines
 orare in nomine Domini. Sed Onkelos,
 quem Latini Aquilam vocant, qui etiam
 ex Hebraicis Chaldaica fecit, ita reddit:
 Tunc coeperunt homines non orare in
 nomine Domini, cum scilicet ad res
 creatas, & earum, quæ sub sensum cadunt,
 cultum seipfos convertere cepissent: qui
 sen-

sententia verior est, cum satis appareat, Abelem & Cainum soli Deo cultum exhibuisse, ac ipsum Henochum tanta religione ac pietate claruisse, ut adhuc vivens & spirans divina bonitate fuerit ab hominum cœtu & conspectu abreptus, quod præter eum nemini, excepto Helia, legimus contigisse. In eadem religione perstitit Noëmus, qui solus mortalium omnium ipsius Dei testimonio ac iudicio integer est ac justus appellatus. Semus item Noëmi filius, Dei altissimi sacerdos, ac Solymorum Rex justissimus eadem pietate paternam religionem amplexus est, quæ floruit usque ad Abrahami ætatem, id est, ab eluvionibus aquarum CCCXLV annos, quo tempore migravit Abrahamus ex Ura Chaldeorum urbe, eamq; migrationis causam fuisse tradunt, quod Chaldei a vero Deo ad solis & siderum cultum deficerent. Defectionis rursus causam fuisse opinor, quod cum in cœlum intuentes immortalis Deo sacra facerent, oculis quasi manibus sese abduci

C

passi

passi sunt ad ea sidera, quae sub aspectum
 cadebant; quod Abrahamus indigne fe-
 rens vite periculum adiit, cum aperte si-
 derum cultum execratus esset. Chaldeus
 Interpres in Eccles. c. IV. scribit, Nim-
 rodam, qui primus dominatum in liberos
 homines inuasit, iussit Abrahamum in
 fornacem projici, quod ab unius immor-
 talis Dei cultu ad res creatas avelli nollet,
 inde tamen prodigio stupendo ereptum,
 & in Syriam a Deo missum, ubi in paris-
 sima illa religione majorum acquievit,
 ejusq; nepotes, quoad Aegyptiorum fran-
 dibus ab ingenita religione deflexissent,
 nec solum sidera, sed etiam elementa, a-
 nimantia, statuas, Demones, deserto
 mundi conditore, adorarent. Deus igitur
 populi sui misertus, quadringen-
 tos post annos, quam ictum foedus erat
 cum Abrahamo, Moysen excitavit, per
 quem naturalem & insitam a Deo reli-
 gionem, ex animis hominum pene oblite-
 ratam, ad usum revocaret. — To-
 ralba, Constat igitur, optimam atq; an-
 tiquis-

*tiqvisimam omnium religionem ab eter-
 no Deo cum recta ratione mentibus hu-
 manis insitam, quae quidem aeternum De-
 um, & solum, homini colendum propo-
 nit. — Qui ergo sic vixerit, ut pu-
 rum Dei cultum & naturae leges sequa-
 tur, quis dubitet, quin eadem felicitate
 fruatur, quae nunc justus Abel, Heno-
 chus, Noë, Semus, Abrahamus, Jobus,
 ceteri, quos Deus ipse laudabili testimo-
 nio sibi gratissimos ac sanctissimos esse de-
 claravit. Non multo post, cum Senamus
 quaereret, si haec optima & antiquissima
 religio naturae, omnium simplicissima, suffi-
 cit ad beatam vitam, cur tot sacrificia,
 caerimoniae, ritus, lege Moësis jubentur? Re-
 spondet Salomo: Sacrificia pecudum ab
 ipsa naturae lege primus Abel, ac ceteri
 deinceps arripuisse videntur. Aliquot fo-
 liis post Octavius perquam magnifice re-
 ligionem Ismaelitarum celebrans, inter
 argumenta laudis affert, quod lex Mu-
 hammedis naturae consentanea sit. To-
 talba vero denuo in naturalis religio-
 nis,*

nis, cujus partes tuendas illi Bodinus
 quam maxime commisit, commenda-
 tionem delapsus, eam plenius ita edif-
 ferit: *Si vera religio in puro eterni Dei*
culu versatur, natura legem sufficere
confido ad hominum salutem. Nec ali-
am religionem habuisse videmus anti-
quissimos humani generis principes ac
parentes, qui aurei seculi memoriam
reliquerunt, non docti, sed facti, non
instituti, sed imbuti ab ipsa natura, a
qua pietatis, religionis, integritatis, ac
virtutum omnium rivulos hauserunt &
expresserunt: Id quod non solum omni-
bus omnium Philosophorum sententiis
probatum, sed etiam oraculis, si qua fides
est oraculorum, confirmatum videmus.
Nam roganti M. Tullio, quodnam vite
institutum sequeretur, responsum est, na-
turam sequi ducem oportere. Quod ip-
sam Paulus ad Romanos scribens non ob-
scure aut ambigue, sed aperte confitetur:
Gentes, inquit, quæ lege vacant, natu-
ra ipsa legitime vivunt: quia tametsi
 legum

legum tabulas nullas habent, nihilominus edicta mentibus suis consignata circumferunt, testificante conscientia ipsorum, *Quibus verbis rectam rationem & nature legem ad hominum salutem sufficere docet.* Cui Salomo, *Mei sensus,* inquit, *cum tuis, Toralba,* plane congruunt, scilicet ea, que ad salutem pertinent, nature legibus omnia contineri, atque in his nature legibus vixisse *Abelam, Henochum, Noemum, Abrahamum, Jobum, Isaacum, Jacobum,* quos viros? Certe ipsius immortalis Dei testimonio, quo nec majus ullum, nec gravius cogitari potest, summam pietatis atq; integritatis laudem adeptos. Neq; enim circumcisio, qua Abrahamo ac posteritati quasi tessera fœderis data est, necessaria fuit ad salutem, sed ob id potissimum circumcidi jubemur, ut a ceteris populis a Deo selecti ac segregati videamur. Hanc autem nature legem significare videtur Deus ipse, cum diceret Gen. XXVI. *Benedicentur in semine Abrahami omnes*

gentes, eo quod obedierit voci meæ, nec unquam edicta mea legesque meas violarit. *At lex a Mese nulla lata est, nisi quadringentesimo & tricesimo post anno.* Et ne trito illi *δὲς ἡγὶ τρεῖς τὰ καλὰ* hic quidem quicquam decederet, de-
 nuo Toralba libro VI. *Intuenti mihi,* inquit, *Christianorum cum Ismaelitis,* & *paganorum inter ipsos infinitam prope sectarum varietatem, nulla veritatis certior norma videtur, quam recta ratio, id est, suprema nature lex, hominum mentibus ab immortalis Deo insita, qua nihil stabilius, nihil antiquius, nihil melius fieri, ac ne cogitari quidem potest. Et cum hac nature lege ac religione vixerunt Abel, Sethus, Hanochus, Noemus, Jobus, Abrahamus, Isuacus, Jacobus, qui summam pietatis, integritatis, ac justitie laudem gravissimo testimonio Dei eterni, quē unum coluerunt, (deest verbum, consecuti sunt, aut simile) ea inquam religione nullam ex omnibus video meliorem aut antiquiorem.* Denique haut procul fi-

ne operis, cum in maximam omnium
 sectarum varietatem Toralba invec-
 tussisset, concludit: *Que cum ita sint, non-
 ne prestat, simplicissimam & anti-
 quissimam eandemq; verissimam nature
 religionem, a qua discedendum non erat,
 amplexari, illam inquam religionem un-
 iuscuiusq; mentibus ab immortalis Deo in-
 sitam, in qua Abel, Hanochus, Sethus, Noe-
 mus, Jobus, Abrahamus, Isaacus, Jacobus,
 Deo carissimi Heroes, vixerunt, quam in-
 ter tot ac tam varias opiniones incertam
 quom que vagari, nec habere certam ani-
 mi sedem, in qua acquiescas.*

VII.

Hæc Bodinus, vere λεγέμπος
 Quantum enim mare verborum, sed
 quam paucæ guttæ veri ! Προς ἐπι-
 istæ adscribenda duxi, ut ex hoc spe-
 cimine de universo illo Dialogorum
 opere conjecturam capere lector possit.
 Ipsa se quidem denudati hujus Natu-
 ralismi turpitudine ubiqve satis prædit,
 sed quia emendicato schemate velan-

dam illam Bodinus duxit, ne transpa-
reret, age larvam ei breviter detraha-
mus, quando prolixitatem nec res ipsa,
dudum a nostris, quos propterea indi-
ce velut digito designabimus, excussa
postulat, nec temporis, cui includi-
mur, angustia permittit.

VIII.

Primum quidem in Adamo coepisse
religionem, *ἐξ ἀρχῆς* est. Neque
ita obstabat locus Gen. IV. 26. ut ejus
interpretandi causa Bodino Onkelosi
paraphrasis audienda esset. Quamquam,
dum eruditionis Targumicæ specimen
hic Bodinus allatis Jonathanis & On-
kelosi paraphrasibus exhibet, ita se ge-
rat, ut ex earum versione illum in Chal-
daicis si non *ἀμύνητον*, at certe parum
versatum fuisse appareat. Jonathanis
sanè verba [quæ quia ab altero nostro
MSCto, relicto tamen, cui inscriberen-
tur, spatio, penitus aberant, in altero
autem satis confusis nec a quoquam te-
mere dignoscendis literarum ductibus
repræ-

representa'ban rur, ex Bibl. πολυγλωττην
 Angl. Appendice descripsimus, & Bo-
 diniano textui, ne lacuna hiaret, in-
 seruimus) malefida admodum, imo au-
 ctoris sententiæ plane contraria, inter-
 pretatione reddidit. Neque enim ille
 Enosi tempore homines cœpisse orare,
 quomodo cum Bodinus Latine loqui
 fecit, sed plane contra errores tunc &
 idololatriam cœpisse significat, *illa e-
 rat etas* (sic Jonathanem Opus Angl.
 Latine refert) *in cuius diebus inceperunt
 errare & fecerunt sibi idola, & cogno-
 minabant idola sua nomine sermonis
 Domini.* Onkelosi vero, quem impe-
 rite (1) cum Aquila confundit, para-
 phrasin minus ad literam transfert Bo-
 dinus, quæ, secundum laudatum opus
 Angl. sic sonare debebat: *Tunc in die-
 bus eius (Enosi) supersederunt filii homi-
 num ab invocando nomen Domini.*
 Quam Onkelosi, quæ Bodino nunc e-
 tiam arridet, explicationem cum alibi
 (2) contortam dixerim, nondum quic-
 C s quam

quā muto. Cum vero tam libenter Ebraeos Bodinus audiat, Aben Esram ei objicimus, verbum הוֹכֵל in *Com m. ad h. l.* sic interpretantem: הוּא מְגוֹרָרַת. תְּחִלָּה. וְטַעַם שֶׁהִחְלוּ לְהִתְפַּלֵּל וְאֵלֵינוּ הָיָה מִחִירוֹל הָיָה הַשֵּׁם סִמוּךְ אֶל הַמְלָאָה: *Est ex derivatione principii, & sensus est, quod cœperint orare. Quod si vero profanationem significaret, nomen cum verbo jungi debuisset.* Hanc insuper Adami ceterorumq; Patriarcharum religionem ut antiquissimam, ita simul optimam fuisse tam non abnuimus, ut nostram Christianam, qua substantia: dogmatum, illi eandem esse, atque ad eundem ipsum æternæ felicitatis scopum collineare, cum Petro Act. XV. 11. constanter asseramus (3), At vero naturalem hanc esse religionem, & cujusvis menti insitam, quam recta ratio doceat, cujusque capita omnia naturæ legibus contineantur, id nobis plane invitis Bodinus captat.

(1)V.

(1) V. Maycr. *Philol. S. P. 2. p. 182, 183.* Pfeiffer. *de Targumim C. 4. §. 2.* Cartwright *Præf. Elect. Targ. Rabb. in Genes. p. 27, 28.* Walton. *Prolegom. XI in Bbil. Polyglott. n. 9. p. 382.* Sane Huetius *de Interpret. p. 157.* ed. Stad. bonam hujus sententiæ auctoribus mentem precandam ratus est.

(2) *Vindic. leg. Monogum. p. 107.*

(3) Pertinet huc omnino Wilh. Lyseri *Trifolium vera religionis V. T. Adamitica, Abrahamitica & Israelitica, juxta unifolium religionis Lutherana.*

IX.

Excelluit in Adamo, fateor, Theologia, quæ eodem sensu, quo concreata tam ei imaginem divinam *naturalem* Theologi (1) vocare amant, *naturalis* dici potest; sed hæc foeda metamorphosi per lapsum Adami in *μαθησιολογία* Rom. I. 21. *ἀθεολογία* Eph. I. 12. & *ἔχθραν εἰς θεόν* Rom. VIII. 7. abiit, illam quidem satis antiquam, quippe *ὄφεις τῆ ἀρχαίᾳ* Apoc. XII. 9. foetum, verum ob æternum, quod eam comitatur, exitium, longe pessimam,

mam, cujusque adeo pudere omnes mortales merito debet.

- (1) V. ex multis Gerh. *Confess. Cath.* l. 2. p. 3. art. 20. G. 2. p. 349. Meisner. *Anthropol. & Dec. I. Diss.* 2. q. 8. p. 43. ss. Hülsem. *Dialys. Apolog.* p. 369, 370. Calov. *Syst. Theol. T. IV.* p. 664. ss. & Harm. *Cal. Har.* p. 276. ss. Dannhaw. *Hodosoph.* p. 429, 430. Schmidt *de imag. Dei* p. 417. ss. Musæ. in *der Jenischen Theologen ausführlichen Erklärung* p. 222. ss. Varen. *Breviar. Theol.* p. 65. ss. Conf. ex. ἀλλοφύλοις Mares. *Anti Tirm.* T. 1. p. 475. 476.

X.

Neque tamen hoc ipso omni omnino naturali religione hominem exuimus, sed illa tantum Paradisiaca, qua deperdita quædam nihilominus adhuc religio naturalis restat, quam ex Rom. I. 19. II. 14. 15. strenue contra Socinianos propugnamus (1). Sed hæc propter summam, qua laborat, imperfectionem cum illa priori, omnibus numeris consummata, contendere nequit. Ut ut enim in quantum nihil falsi docet, hæc naturæ

turæ deſtitutæ religio naturalis non minus dici vera (2). atqve altera illa naturæ inſtitutæ, qveat, utpote qvæ hominem non tantum ad omnis generis actiones in honorem Dei & proximi emolumentum inſtituendas ſtrenue obligat, ſed & fidelis *χειραγωγῆ* vicem ad veram religionem inveniendam præbet, ac repugnantes *ἀναπολογία*s reddit Rom. I. 20; parum tamen hic attenditur, qvia fini ſupernaturali attingendo plane impar eſt, cum ignobilis cauſa effectum ſe toto genere nobiliorem producere, & hic adeo virtutem illius excedere neqveat. In qua religionis, qualis hodie ſuperat, naturalis in procurando æternæ ſalutis negotio *ἀδυναμία* cum tot hucusqve viri de Eccleſia meritiffimi (3) laboraverint, nobis quidem, ne molitam molere farinam videamur, feriari hic licebit.

(1) V. in primis nunquam ſine nominis *ἐπισημασία* laudandum mihi Gamalielē

D. D. Abr. Calovium in *Theol. natur. & revel.* a p. 78. ad 169.

(2) Lege Opperman, *Hercul. Pom. dej.* §. 112.

(3) Schröder, *Fascic. Controv.* p. 80. ss. Balth. Meisner, *de legib.* p. 184. ss. Walther, *Cent. Misc. Theol.* p. 589. ss. & *Quadrages.* p. 250. ss. Calov. *Syst. T. I.* p. 182. ss. *T. II.* p. 103. ss. *Tom. VI.* p. 420. ss. Joh. Meisner, *de Theol. natur.* p. 68. ss. Adde quæ Baroni Herberto in Acad. Jen. Joh. Musæus, in Julia Gerh Titius, & ante utrumque in hac Kiloniensi maxime Rev. Dn. Præses reposuerunt. Quibus biga disputationum contra Curcellæum, cui modo laudatus Dn. D. Præses etiam responderat, habita accedat, quarum altera Jenæ A. 1670 sub Musæi, altera Wittebergæ A. 1678. sub Calovii præsidio ventilata est. Adde ex Calvinianis Curcellæo multis se opponentem Marefium in *Defens. fid. Cathol. & Or. libod.* a p. 567. ad 666.

XI.

Unde nec Adamus, nec Abel, nec Sethus, nec adeo quisquam ex venerando Patrum choro religionis naturalis beneficio cœlestia se gaudia indeptum gloriari potest, sed isti naturali revelata supervenit, eosque omnes salvifica

Θεογνωσία imbuat. Abrahamo certe
 idem ille Paraphraſtes Chaldaeus, cu-
 jus fide (1) eum in furnum Chaldaicum
 a Nimrodo coniectum Bodinus me-
 morabat, Theologiam revelatam eodē
 ipſo loco vindicat: הוֹת בֵּיה רוּחַ נְבוּאָה
 מִן קֳדָם יי ואִשְׁתַּמְרַע לִיה מְרִיָּה
 כַּמְהוּיָה בְרֵת לִתְשַׁנְיָה: *Fuit in illo Spi-*
ritus prophetiae a Domino, & cognoscen-
dum se ei exhibuit Dominus, cum esset
filius trium annorum. Et vero ipse eum
 Deus נְבִיאָה *prophetae* titulo Gen. XX. 7.
 ornat, quod revelationem illum a Deo
 & accepisse, & aliis aperuisse, liquido
 indicat. Cujusmodi lumen propheti-
 cum, potentiae naturali cognoscenti
 εἰσαυθ'εῖν superadditum, cur non prio-
 rum quoque Patriarcharum intelle-
 ctum collustraverit? Certe cum tanta
 naturae lapsae sibi que relictae in spiri-
 tualium apprehensione caligo esset, de
 divina bonitate, postquam nostrum
 misereri constituit, nihil aliud cogitare
 licet, quam quod jacturam amissae ab
 Adamo

Adamo concreatae religionis gratiose per illam revelatam resarferit, quæ nos viatores recta ad coelestem Paradisum duceret. Quæ veritas tanta luce radiat, ut eam in suis tenebris pagani quoque viderint, & revelationum necessitatem agnoverint (2).

(1) Quam ei hac quidem parte omnem Christian. Wagnerus *Dissert. de Ur Chaldaeor. C. 1. sect. 11. tota* abrogat.

(2) Loca annotavit Dreierus in erudito, et in textus Ebraici *אֵלֹהֵי יִשְׂרָאֵל* non raro iniquo opere, quod inde a multis annis molitur, *de Principiis fidei Christiana, sive de credendi regula l. 1. §. 61. 62. 63. p. 60. ff.* ubi demonstrata deinceps paganarum revelationum novitate, interitu & falsitate, Judaicarum antiquitatem, conservationem & veritatem *p. 115. ad 157.* solide probat. Conf. ejus Collegam Melch. Zeidler, *Conc. super Matth. XXII. 14. A 1672. ed. p. 28. 29. Dn. P. æsidem de relig. natur. §. 12. Tribbechov. Vern. creat. Mund. C. 1. §. 4. p. 7. ff.*

XII.

Hanc revelatae religionis, naturali
jam

jam inde a lapsu Adami superadditæ, existentiam ex usu sacrificiorum antiquissimo porro evidenter probamus. Quod telum Bodinus prævidens mature declinandum duxit, dum sacrificiorum originem *ab ipsa nature lege* arcessit. Neque in Judæis [1] esse nego, qui ut præfigurationem Messiæ typicam in sacrificiis factam eo fortius elidant, naturali ratione, suoque arbitrio homines primum ad offerenda Deo sacrificia inductos garrunt. Quomodo & Pontificii (2) aut ab ipsa immutabili naturæ lege, aut saltem a propria offerentium devotione, quam ratio dicitaverit, sacrificandi ritum derivant, ut exinde moralem & perpetuum sacrificii proprie dicti, in omni semper religione requiti, & sui in specie misfatici, usum exsculpant, aut ab *εθελοθρησκείας* Numen haut esse alienum ostendant. Quin Arminianorum, Socinianis adhinnientium, Dux Episcopus (3) itidem, ut hic Bodinus, de ho-

mini-

minibus antiquissimis, ad rectæ ratio-
nis præscriptum viventibus, differens,
Abelem introducit, qui *fide sola*, (at-
tende *σιδης' ζυλον*, fidem extra ver-
bum Dei) nullo præcepto divino addu-
ctus, id est, rationis rectæ solius instin-
ctus, Deum iudicavit colendum esse, re-
bus quas haberet in peculio suo optimis,
id est, sacrificiis de primogenitis pecu-
dum suarum, & de earum adip.

(1) ut R. Levi Ben Gerson, Maimonides, Abarbi-
nel, quorum verba apud Outram. l. 1. de sacrif.
C. 1. p. 9, 15, 16. & Frischmuth. Dissert. I.
ad ps. XL. 7 vs. C. 2. § 26. legas, Ad E-
bræos hic quoque provocat, eorumq; sen-
tentiam amplectitur Hugo Grotius de V. R.
C. 1. §. 8. p. 313. Conf. ej. Annot. ad Gen. IV.
3. & ad Exod. XV. 27.

(2) Bellarminus, Becanus, Estius, Thomas
Did. Nugno Cabezudo, de Valentia apud
Frischm l. c. §, 27, quibus ob calamum non
felle tantum sed & sanguine tinctum in pri-
mis jungendus est auctor operis, de *justa*
reipl. Christiana in Reges impios & hereti-
cos auctoritate, quod Paris. A. 1590. 8. αὐτῶ-
νυμον, & biennio post Antwerpiz ψευ-
δῶνυμον sub Guil, Rossæi nomine (V,
Placc.

Placc. Pseudon p. 249, 250,) est excusum. Hic argumentorum, quibus Protestantium hæresin pejorem esse Paganismo probare nititur, quartum C. 4. fol. 115, a. ed. Paris ab ipsa religionis forma & generali natura, qualem nobis omnia vel Judæorum, vel Ethnorum, vel Christianorum vel Barbarorum hominum scripta & monumenta depingunt, petens, Ecquæ, inquit, fuit unquam natio, quæ sine sacrificio Deum coluit? Quare ab Hebræis in lege natura Abel & Noe, & Abraham, & Patriarchæ respondent, se sacrificasse oves & agnos, & fructus terra, quibus se Deo honorem impendere profitebantur. Et rursus fol. 117, 118. Quod Hebræos ante legem scriptam natura lex docuit, quod eisdem sub lege lex Mosaicæ & Deus ipse præcepit, quod Christiani omnes omnibus & a se ipsis, & in disjunctissimis terrarum orbis partibus a suis primis Christiana fidei magistris hauserunt & tenuerunt, quod Græci Latiniqve Patres ita asseruerunt, ut contrariam sententiam tanquam hæreticam anathemate damnarint, quod Græci & Romani Ethnici a Philosophia instructi cognoverunt, quod Tartari & Americani maxime barbari atqve immanes, omniumqve literarum inscientes solo natura impetu servarunt, nimirum ut Deum sacrificiis colerent, & in sig-

num fidei vel persuasionis, quæ eum Domi-
 num & creatorem suum, seque ejus Numi-
 ne regi & gubernari faterentur, hunc ei ho-
 norem impenderent, hoc & Christianum &
 naturale officium isti Anti-Christiani &
 naturalis affectionis expertes 2. Tim. 3. Ev-
 angelici projecerunt, ipsiq; rationi nefarium
 bellum indicentes, Evangelismum suum sa-
 crificis inanem fabricarunt, quo uno argu-
 mento se non homines hæreticos, sed prorsus
 Atheos & Apostatas, imo (si simpliciter
 quod verum est effari debeamus) non tam
 homines, quam bestias humana specie indu-
 ctas comprobarent, quando homines semper
 hunc colendi Dei ritum exercuerunt, sola
 bestia, quia ratione carentes divinitatem
 non possunt concipere, idcirco nec ei debi-
 tum honorem neverunt impendere. Ποῖα
 ἔργα! quæ quod monstrosa admodum sūt,
 & liber in paucorum manibus versetur, bo-
 na cum lectoris gratia exhibenda duxi.

(3) *Institut. Theolog. l. 1. C. 8. p. 18. b. T. 1.*
Oper. qui tamen l. 3. C. 3. p. 71. h. sacri-
ficiarum institutionem in se consideratam
a sola Dei instituentis voluntate pendere,
nec causam ullam aut rationem, sive ex
ipsa sacrificarum natura, sive ex sapien-
tia divina concipi posse admittit, quæ eo-
rum institutio nitatur.

XIII. Sed

Sed istæc omnia eadem, quæ affe-
 runtur, facilitate, proteruntur. Nam
 quod Moses in Abelis historia, aut to-
 to, quod legem Mosaicam antevertit,
 tempore sacrificialis apparatus origi-
 nem in institutionem divinam minime
 legitur rejecisse, inde eam arbitrio
 humano introductam, ne utiqvam con-
 seqvitur, etsi hoc nonnullis quoq; Pa-
 tribus [1] placuerit. Nulla enim, quod
 omnes sciunt, in hujusmodi rebus ar-
 gumenti negantis est autoritas. Qui
 vero insculptam omnium mentibus
 naturæ legem sacrificiorum usum mor-
 talibus dictasse contendunt, istis om-
 nino necessariam utriusque connexio-
 nem ostendere, & unam ex altero,
 tanquam conclusionem ex suo princi-
 pio, deducere convenit. Deum equi-
 dem esse colendum, ex *κοινωνία ἐννοίας*
 omnibus innotescit; at modum hujus
 cultus atque rationem, ut nulla de-
 terminare naturæ lex, sic nec docere
 potest,

potest, quæ tantum abest ut mactatis eum carnibus exercendum esse suggerat, ut intellectus potius sibi relictus, quia proportionem aliquam inter rem tam vilem ac ens spirituale infinitum excogitare nequit, inde abhorreat. Sive enim Numen iratum sibi proponat, sive placatum, neutro respectu ei sacrificia accommodare licebit. Non priori; nam unde justitiam divinam carnis innocentis destructione & oblatione expiari posse constat(2)? sed nec posteriori; quid enim misericordiae gratiaeq; Dei cum ista brutorum mactatione? Quod si offerenda Deo animalia esse lex naturæ inculcabat, cur non viva potius ei consecranda, quam cum graveolenti foetore, quem natura averfatur, comburenda? Quod hic naturæ lumen de Dei vel delectatione vel acceptatione nos certos reddit(3)? Annon potius, si nostræ rationis judicio standum, aliena Deum ab ejusmodi cruento cultu mente esse

-nco

concludemus? Pythagoras profecto cum aliis theoreticis Philosophis ἀσφαλέσσεσθαι sacrificandi usum χωρὶς αἵματος καὶ σφαγῆς esse arbitratus, nullum Diis animal immolavit (4). Unde & veritati manus victas cedens Suarezius (5) *nullum esse naturale principium fatetur, ex quo sufficienter colligi possit, determinationem illius ad talem modum cultus, scilicet per sacrificium, esse omnino necessarium ad morum honestatem*, Imo ex ipsis paganis Jamblichus Chalcidensis (6) sacrificia non ab hominibus, sed ipso Deo petit. Neque dubitandum est, quicquid apud paganos sacrificiorum fuit, istud omne nulli instinctui naturali, sed pravae Diaboli, sacrificialem sibi, quem vero Deo fideles V. T. exhibebant, cultum rapientis, affectationi (7) adscribendum esse.

(1) Apud Outram. *de sacrif.* p. 7, 8. quem multis in utramque partem disputatis, tandem p. II, lectorem in hac quaestione, Deine jussu,

justu, an. sua cujusque sponte primum sacrificatum fuerit? incertum a se dimittere minime par erat, Conf. Marsham. *Can. Chron. P.* 202, 203.

(2) Solet huc a nonnullis advocari illud Catonis ex *IV. Dist.* 15.

*Cum sis ipse nocens, moritur cur Victima
pro te?*

Stultitia est, morte alterius sperare salutem.

Quod, si auctoris pagani esset, magnum omnino momentum hic haberet. Verum Boxhornius hæc carmina Catoni abjudicans, & e Christiani cujusdam figlina prodiisse defendens, *Quest. Rom. XIV. p.* 78. ex ipso hoc disticho scriptorem fuisse Christianum, & a sacrificiis gentium alienissimum, satis probari posse confidit, nec melius puriusque locuturum summum aliquem fidei nostræ consultum opinatur. Et vero libellum istum non veteris Catonis Valerii, pagani, sed recentioris Dionysii Catonis, Christiani esse, jam alii ante Boxhornium docuerant, V. Rainaud. *de bon. & mal. libr. p.* 1. *Er. 10. n.* 207. *p.* 134.

(3) De sacrificiis, ex lege naturæ & dictamine rectæ rationis minime fluentibus, V. Dorsch. *Mysar. Miss. C. 1. §.* 13. *fs.* Calov. *Syst. [T. IV.] p.* 72. 724. *T. VIII. p.* 26. *fs.* & *Bibl.*

Bibl. V. T. illustr. T. I. p. 254. Hackspan.
 l. 2. Miscellan. C. 5. P. 267. fs. Wagenfeil.
 Confut. Carm. R. Lipm. p. 549. 550. Rivet.
 in Genes. Exerc. 42. p. 212. 213. ed. Lugd.
 16. 3. Cloppenburg. Schol. Sacrif. p. 9. fs.
 58. fs. Strimes praxiol. Apodict. p. 133. fs.

(4) V. Abr. Gravii Histor. Phil. l. 2. C. 17. p. 268, 269.

(5) Tom. 3. in 3. part. Thomæ Diss. 73. sect. 8. p. 890.

(6) De myster. sect. 5. C. 25. p. 146. ed. nov.

Gr. L. Oxon. Verba insignia, & eos Chri-
 stianorum, qui εθελοθρησκεία colere
 Numen gestiunt, confundentia, sunt ista:
 ΕΙ ΜΕΝ ἦν ἀνθρώπινα εἶδη ταῦτα ἦν
 μόνον, καὶ διὰ τῶν ἡμετέρων, νοιμίμων
 ἐπεκυρῆτο, εἶχεν ἄν τις λεγεῖν ἡμετέ-
 ρων ἐπινοιῶν εὐρέσεις εἶναι τὰς τῶν
 θεῶν ἀνιστείας, νῦν δὲ θεός ἐστιν αὐτῶν ἡε-
 γεμῶν, ὃ ἐπιθυσιῶν εἶτω καλῶμεν
 Th. Gale, qui in Nor. p. 278. fin. eandem de
 sacrificiorum origine mentem cum Jambli-
 cho Simplicium tenere monet, ita reddit:
 Jam si hac (de sacrificiis Jamblichus loqui-
 tur, in quorum vi, natura & usu hac sect. V.
 tota explicando versatur) ex moribus homi-
 num tantum fierent, & humanis tantum
 niterentur constitutionibus, poterat merito
 quos dicere, Deorum religiones nostra esse in-
 ventas; nunc autem a Deo proficiscuntur
 qui per ista sacra invocantur.

(7) Hanc paganam sacrificiorum Judaicorum *κακοζηλίαν* ex ipsis Pontificiis tractavit Joh. Andr. Lilius, Fabrianensis, tractatu Italice A. 1563. Venet. edito, cujus, mihi nondum inspecti, indicium debeo Possentino *Apparat. sacr. T. I. p. 811.* Adde Joh. Fabritii *Diff. singularem, ex Tom. II. Diss. Acad. Dillherr. p. 166. ss.* Bochart, Hierozoic. *P. I. l. 2. C. 33. p. 321. ss.* Zach. Bognum Homeri *ἑβραϊζον* p. 246. ss. Sheringham, *Comm. in Zoma passim.* Ut adeo faciles nimis aures Joh. Spencerus *Diff. de Urim & Tummim C. 41. sect. 7. p. 128, 132.* ed. Cantabr. 1669. illis veterum Patrum commodaverit, qui cum ritus alios sacros, tum quoque sacrificia Judæos a paganis accepisse tradunt. Quam eandem hypothesein satis incaute quoque supra laudatus Marshamus, merito propterea in editionis novæ Lipsiensis præfatione notatus, adoptavit.

XIV.

Cum igitur sacrificia pecudum ab ipsa, quod Rodinus volebat, naturæ lege arripere Abel non potuerit, ex proprio autem confictas judicio doctrinas & præcepta sibi invisæ esse Deus ipse Esa. XXIX. 13. significet; ut ex revelatione divina, tanquam unico & adæ-

quato,

quato, quo Deus affici amat, cultus principio illa petamus, superest. Cujus revelationis admodum probabile documentum cum alia(1), tum pelliceæ tunicæ (2), quibus Protoplastos imagine sua exutos ipse Deus induit, exhibent: Ut ita mature viva hac & sensibili sacrificiorum *κατηχήσεις* de promissis in protevangelio spiritualibus Messiaæ beneficiis genus humanum, informaretur, & in effuso brutorum mactatorum sanguine *ἵμιοναίμα 25158* *ὡς ἀμνὸς ἀμαίμωτος καὶ ἀσπίλας* I. Petr. 1. 19. vera sibi fide præsens sisteret, remissionemque peccatorum, poena in victimam translata, a Deo impetraret.

(1) Quæ per consequentiam ex Historia Moisaica eruit Franz. *Schol. Sacrif. Diss.* 2. §. 75. *fs. p. 31.*

(2) Quando Deus ex pellibus occisorum animalium vestes primis parentibus paravit, Gen. III. 21. *corpso ritum mactandi & immolandi animalia ipsos docuisse statuendum.* Hæc Gerh. T. IV. LL. *de Sacram.* §. 2. p. 10. b. Ad quoque Calov. *Comm in Genes.* p. 436. & ex Caly. Sam. Andræ *Diss. Tb. de Saluti Adami.* §. 69.

Atque sic hi sacrificiales actus, naturæ lumini tenebricosi ac inevidentes, & tamen primis mundi incolis frequentati, aliam a naturali jam tunc fuisse religionem certo confirmant, ab ipso Deo patefactam, cui omnes sancti V. T. quotquot ante legem ceremoniam a Mose promulgatam sacrificarunt addicti vixerint. Unde & Abelem, Henochum, Noam, Semum, Abrahamum, Jobum &c. non solas, quod Bodinus fingit, naturæ leges secutos, earumque observantia tam honorificum a Deo testimonium consecutos fuisse concluditur. Sed cum fides unicum *εὐαγγελίας* divinæ medium sit Ebr. XI. 9. & justitia Abrahami, qua Deo placuit, quæque ipsi a Deo imputata est, Gen. XV. 6. ex promissionibus divinis de Messia firmam fide apprehensis, atque a deo non ex lumine naturæ, sed revelationis, originem traxerit; eandem quoque & non aliam justitiæ ac sanctitatis ceterorum, Abrahamo anteriorem,

Patriarcharum causam constituere
convenit.

XVI.

Non est itaque, quod Bodino, non aliam, quam quæ naturæ lege constaret, religionem antiquissimos humani generis principes & parentes habuisse, narranti, credamus. Nisi fidem forte apud nos Philosophi & oracula gentilium, quæ per Toralbam objecit, inveniant. Sed miseros nos & æternum perditos, si his demum magistris vera est discenda religio! Ϟ Diabolus enim omni id unum conatu egit, ut mortales a salvifica, quam Deus aperuerat, religione, & debita ejus ε̄ρεσνῆσι abstractos, in inaniam, quos corruptæ naturæ liberaliter subministrabat, Ἀλογοισμῶν præcipitia avios abduceret. Unde de revelata religione, cujus erant ignari, Philosophos siluisse, & solam naturalem, ultra quam non assurgebant, suis commendasse, quid mirandum? Quanquam dum principium cognoscendi religionem revela-

tam, Mosis dico Pentateuchum, præstantissimis & antiquissimis gentilium Philosophis (1) Deus obscurum esse noluit, occasionem illius & addiscendæ & aliis inculcandæ perquam luculentam obtulit, quam isti parum pensantes, maluerunt βαλανοφαγεῖν; ex etsi ipsis interim nonnulli summam revelationum necessitatem faciles admiserint(2).

(1) Quos longa serie Huetius *Demonstr. Ev.* aug. Propos. IV. C. 2. p. 74. ss. enumerat.

(2) ut diximus supra §. XI. n. 2. p. 35.

XVII.

Paulum vero Apostolum, propter verba Rom. II. 14. in hujus quoque Naturalismi partes a Bodino trahi, minime tolerandum est. Sunt hæc ex illis, quæ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀσημεῖτοι εὐεβλάστη, atque hinc in defectus extremum inclinantes (1), omnibus notitiis naturalibus, vitiorum ac virtutum indicibus, gentiles spoliant; inde in excessu, plane ut jam Bodinus, peccantes (2), eos partim perfecte aliqua legis man-

data ex lumine naturali implevisse, partim quoque ex eodem justificatos & salvatos fuisse, contendunt. Nos inter Scyllam istam atque Charybden mediotutissime navigantes, nec nimium gentilibus adimendum, nec nimium quosque dandum esse statuimus. Quare, rejectis Flacii (3). Vasquezii (4), & Rob. Barclaji (5) *παρερμηνείαις*, vindicare quidem Apostolum gentibus, lege divina præscripta destitutis, naturæ legem asserimus, secundum cujus naturale dictamen, honestorum turpiumque discrimen cognoscere, & externæ morum disciplinæ studere queant (6). non tamen tantum iis tribuere, quasi faciendo legem, vivere in ea, ex promissi divini Lev. XVIII, 5. Ezech. XXI. II. tenote, hoc est, æternam salutem consequi possint. Neque enim, quod interpretes (7). observant, Paulus gentiles *νόμον ποιεῖν*, quod perfectam totius legis impletionem sonare cuiquam videri posset, sed *τὰ τῶ νόμου ποιεῖν*, id est, legis opera (non statim omnia, &

eo quo debebant modo) peragere, dicit. Quæ operum legis, a gentilibus tanquam irrogenitis peractorum, imperfectio ex virtutum, quibus renati student, comparatione satis apparet. Nam illa eadem cum his, si ab ipsa actus *αἰτία* discedas, bonitate morali minime gaudent (8). Quod igitur tantum de hemisphærio inferiori actionum moralium, & *μερμη* legis impletione, Paulus ad demonstrandam gentilium *ἀναπολογία*, crassamque in cognoscendo æternæ salutis negotio negligentiam revincendam, effatus est, istud nulla consequentia Bodinus ad superius *τῶν πνευματικῶν* hemisphærium, & *ὁλικήν*, quæ a gentibus ὑφ' *ἀμαρτίας* *ἔσι* Rom. III. 9. frustra expectatur, legis impletionem rapit, atque nimis liberaliter hinc rationem rectam & naturæ legem ad hominum salutem sufficere infert.

(1) Ut Franciscus Cuperus, quæ ut hoc dicto in cetero suo dogmati, quo omne naturale honesti turpisque discrimen evertit, fidem conciliet, interpunctione nova (quæ tamen

men jam ante illum etiam Episcopium *Oper. T. II. P. 1. p. 568. a.* usum fuisse video; licet idem *Oper. T. I. P. 1. p. 20. b.* vulgarem distinguendi rationem se non averſari profiteatur) vocem *Φυσεσ* cum præced. *ἔχοντα* copulat, quasi Paulus gentes legem non habere naturaliter, dixisset. Sed V. contra Cuperum *Henr. Moras Script. Philosoph. T. I. p. 600.*

(2) Ad Bellarm. *l. 5. de grat. & lib. arb. C. 9. T. IV. Controv. P. 249. F.* Schlichting. *Oper. Exeget. postkum. T. 1. p. 178. init Curcellæ. Quatern Diss. III. §. 16. p. 375. ed. Amst. 1679.* Quibus aliisque opponendus elenchus *Calovii Theol. Apostol. Rom. Orac. XIX. p. 65. fs.*
 (3) Qui de gentibus quidem ad huc irrogenitis, verum conditionaliter tantum, non assertive & simpliciter, accipit, V. cum *Clav. Script. P. 1. p. 565. fs. & Gloss. in N. T. ad h. l. p. 665. fs.* Cui ex recentioribus in primis *Calov. Theol. nat. & rev p. 185. fs.* itemq; *J. A. Osiand. Typ. leg. nat. p. 109. fs.* satisfecerunt.

(4) Qui in *Imam 2da Tom. II. Diss. 190. C. 15. p. 509. fs.* de gentibus ad fidem Christianam conversis, de lege non naturæ, sed gratiæ, deque viribus ejus observandæ cœlitus dispensatis, interpretatur, quem idem ipse, quem dixi, *Osiander a p. 78. ad 109.* copiose examinat.

(5) Quackerorum, quotquot adhuc innotuerunt, eruditissimi, qui in *Theologia vere Christiana Apologia*, Carolo II. Magnæ Britannicæ Regi oblata, & A. 1696 typis excusa, §. IV. p. 56, 57. naturam, de qua hic Paulo sermo, non de natura propria hominis, quæ corrupta & lapsa est, sed de natura spirituali, quæ procedit a semine Dei in homine, vult intellectam. Causas has affert: testari scripturam, legem in eorde scriptam esse magnam partem dispensationis novi fœderis, ideoque partem hominis naturæ esse non posse; Paulum porro, si natura hic de natura propria hominis capiatur, sibi necessario contradicturum, qui alibi affirmet, naturalem hominem non percipere ea quæ Dei sunt, legem vero Dei, præsertim ut in corde scripta est, esse ex iis, quæ sunt Dei; eundem Apostolum Rom. VII. 12. legem sanctam, justam, bonam, & v. 14. spirituales. se autem carnalem vocare, adeoque legem spirituales contradistinguere a natura carnali & peccatrice hominis, a qua spiritualis, sanctæ & justæ legis obedientia expectari nequeat. Hæc summa est eorum, quæ prolixius a Barclajo disputantur. Sed quis non videt eum ambiguitatibus vocum phrasumque ludere? Confundit enim 1. legem sumptam pro doctrina Evangelii Jer. XXXI. 31. ad quem locum respicit, cum lege naturali,

rali, de qua hic Paulus. 2. id quod est Dei a prima naturæ ab ipso conditæ institutione, cum eo quod est Dei a gratiose superveniente revelatione; de posteriori I. Cor. II. 14. de priori hic sermo est. 3. Legem naturalem cum morali, illiusque γινώσκω cum hujus præstatione. Licet autem utraqve lex in statu integritatis indistincta fuerit, hoc tamen in statu corruptionis non profus sunt eadem, dum lex moralis ad plura se extendit quam naturalis. Hinc Paulus Rom. VII. 7. *concupiscentiam nesciebam* (esse peccatum) *nisi lex diceret: Non concupisces.* V. Osiandr. *ad Gros. de F. B. & P. p. 205. 206.* Quod ultimum contra Bodinum quoque nostrum observari meretur, qui *Dialog. MSC. l. 5.* aliquot a principio foliis, naturæ legem ac Decalogum itidem pro *ισοδυναμῶσι* habet. Conf. quæ contra Barclajum plane nuper max. Rev. Dn. L. Reiserus *Anti Barclaji p. 250. ss.* disputavit.

- (6) Adi ex Græcis Patribus Origenem *Philocal. C. 9. p. 91, 92. ed. GrL. Paris. 1624.*
- (7) Ex quibus imprimis V. Balduin *Comm. h. l. p. 42. ed. Francof. 1664.*
- (8) De virtutibus infidelium consule Chemnit. *P. 1. Exam. C. T. p. 121. ss. ed. Franc. 1574.* Meisner. *Philos. sobr. P. 3. sect. 1. q. 4. p. 117. ss. ed. nov. & Anthropol. S. Dec. 3. Diss. 21. q. ult. p. 55. ss. ed. nov. Gerhard, Confess. Cath.*

l. 7. P. 3. art. 2. C. 3. p. 923. ff. Nigrin. de
 implet. leg. p. 355. ff. Hullein, *Manual. A. C.*
 p. 793. 794. Dannhau. *T. 1. Hodom. Pap. p.*
 978, 979. & *Hedosoph. p. 452.* ff. Dorsche.
Dissert. II. ad Exod. S. 1. ff. p. 211. ff. Osiandr.
Theol. Casuat. Tom. 1. p. 700. ff. Voss. *Hystor.*
Pelag. l. 3. Part. 3. 101. p. 366. ff. & *Thesum The-*
olog. Diss. 26. 101. p. 383. ff. Maref. *Sylog. Dissut.*
select. P. 2. p. 123. ff. Becman. *Lin. Doctr. mor. p.*
 187. ff. Henr. de Noris *Vindic. Augustin. c. 3. S. 4.*
 p. 27. ff. ed. Amst. & novissime Wittich. *Exerc.*
Theol. Lug. Bat. A. 1682. editarum quarta, cu-
 jus επιγχαφη est: *Fucata gentium virtus.*

XVIII

Duo in Bodinianis excutienda re-
 stant, quorum altero denuo arma nobis
 Naturalismum stringenda eripere ge-
 stiens, primi V. T. sacramenti, puta
 circumcisionis, vim & efficaciam ener-
 vat, altero autem ex promissa omnibus
 gentibus in semine Isaaci benedictione
 Naturalismum exsculpsit. Nam quæ
 reliqua sunt, intra mera verba confi-
 stunt, quæ neminem cordatum morari
 aut commovere debent, De circumci-
 sione quidem satis abjecte sentiens, ne
 exinde revelatæ religionis (naturalis

enim

enim circumcisio est incognita, & non a gentilibus ad Judæos, sed ab his, quibus coelitus demandata fuerat, ad illos (1) pervenit) existentia concluderetur, necessariam eam ad salutem fuisse, Salomonis Judæi ore negat, & Judæorum tantum a ceteris gentibus dignoscendorum gratia institutam garrit. Verum circumcisionem, præterquam quod sine secundo signum *Ανεπιτιμόν* esset, non præcepti modo sed & mediæ necessitate necessariam fuisse, ex ejus effectibus (2) probatur.

(1) V. omnino Montacut, *Orig. Eccl. P. 1. T. 1. p. 54. ff.* Grot. *de V. R. C. l. 1 p. 35. 89. ff.* Gataker. *Adversus. Miscellan. C. 42. p. 417. 418.* Marshamuni, fabulosa Herodoti, circumcisionem ab ipsa gentis Ægyptiæ origine derivantis, narrationi secure nimis *Can. Chron. p. 75* fidentem, hæc iterum audire non possumus, plane persuasi cum Gomaro *Oper. Theolog. Tom. 1. P. 1. p. 253. b.* Ægyptios illa *cacozelia* Israelitarum qui inde ab Abrahamo circumcisi, & Ægyptiorum fuerat incolæ, ab eis didicisse.

(2) Quos egregie tractavit Seb. Schmidt *de Circumcis. Cap. 6. tot ap. 411. ad 474.* ubi orthodoxam de fine & effectu circumcisionis sententiam pluribus argumentis, quæ

Bodinianum ejus *ἐξ ἑσθίου μόνου* valide pro-
 sternunt, stabilit, & a Judæorum recentio-
 rum (nam antiquiores hic fuisse saniores p.
 455, 456. ostendit) Pontificiorum ac Cal-
 vinianorum heterodoxiis fortiter asserit. Ad-
 de Calov. *Syst. T. IX p. 106. s. Osiandr.*
Theolog. Casual. Tom. IV. p. 273 s. Unde affa-
 tim habebis, quod Lightfooto *Hor. Hebr. &*
Talm. in Ep. pr. ad Cor. p. 196. ed. Lips. in per-
 vertendo illustri Pauli Rom. IV. II. loco la-
 boranti, regeras.

XIX.

Quam obtorto denique collo De-
 um ipsum propter verba Gen. XXVI.
 4. 5. in Naturalismi patrocinium Bo-
 dinus trahat, ultimo loco est dicen-
 dum. Sunt equidem ex Pontificiis in-
 terpretibus (1) qui hic nescio quam
 naturæ legem comminiscentes, eam
 non minus atque Mosis & Christi, suos
 ritus, sua sacra & sacramenta habuisse
 dicant; non eo tamen cum Bodino a-
 beunt, ut hac una naturæ lege, citra
Ἐσθιωσίαν revelatam, Abrahamum
 cum posteris benedictionem istam, &
 ab ea pendentem æternam salutem,
 consecutum esse credant. Nempe quia
 edicta

edicta sua legesque Abrahamum sancte
 servasse Deus ipse prædicat, & vero nul-
 la tunc lex Mosaica, quippe aliquot de-
 mum seculis post promulgata, extitit,
 illam, a Deo tantopere in Abrahamo
 probatam, fuisse naturalem, Bodinus
 infert. Sed perquam ἀλόγως. Etsi e-
 nim leges ab Abrahamo servatæ, quan-
 tum ad causam earum ministerialem,
 Mosaicæ dici non potuerint, earum ta-
 men nonnullæ ut leges circumcisionis
 & sacrificiales, revera, quantum ad ma-
 teriam, Mosaicæ fuerunt, quatenus a
 Mose repetitæ, & ad universalem Abra-
 hami ex Jacobo nepote ἀπογόων ob-
 servantiam publicatæ. Ut vero maxi-
 me leges Abrahamicas nullo jure Mo-
 saicas vocare liceat, non tamen ea pro-
 pter naturales illas esse necesse est. Neque
 enim duo ista membra dividentia om-
 nem totius divisi latitudinem exhausti-
 unt. Quidni vel per ἀπαδοσιν, quam,
 verbo Dei scripto nondum extante,
 Pontificiis libenter largimur, ad Abra-
 hamum a majoribus propagatæ, vel, si

cum Abrahami, cui in Chaldæa innu-
 tritus fuit, idololatria istud conciliari
 nequeat, per immediatam Dei ἐλλάμ-
 ψιν cum ipso communicatæ fuerint?
 Quid? quod ipsa illa per semen Abra-
 hami jam toties ante in Abrahamo
 Gen. XII. 3. XVIII. 18 XXII. 14. &
 non multo post in Jacobo Gen. XXVIII
 14. omnibus mundi gentibus promissa
 benedictio (2) revelatam religionem
 oppido confirmat. Nam cum semen
 istud interpretante Paulo Gal. III. 19.
 sit monadicum & exochicum, hoc est,
 ipse Christus, benedictio vero non tem-
 poralis, in qua carnales Judæi acqui-
 escunt, sed æterna; sane hanc ἀνεκ-
 λυψω non σαρκὸς καὶ ἕμιας, sed
 πνεύματος ἁγίου ἐν ἰσχύϊ ἁγνοῦς Matth. XVI.
 17. esse, adeoq; præter naturalem The-
 ologiam in revelata quoq; Abrahamum
 genitorumq; ejus similes sterisse, sequitur.

(1) Ita Corn. a Lapide *Comm. in Pentateuch.*
 p. 215. 4.

(2) Cujus uberiorem ἐξηγήσειν V. ap.
 Schmid. *Colleg. Bibl. prior. Loc. IV. Dict. 4.*
 p. 163. 3. XX.

Ne quis vero parum incommodi huic Bodini Naturalismo subesse suspicetur, age quam insipidos imo venenosos hæc mala arbor fructus tulerit, ad majorem ejus detestationem, hic, dum finem imponere labori studemus, adhuc adjiciamus. Dicam breviter, totam cum religionem revelatam, atque omnia adeo mysteria fidei funditus evertere. Inter quæ cum duo maxime insignia sint, quorum altero contractus in totum genus humanum ab Adamo primo morbus, altero parata præsentissima in secundo Adamo medicina proponitur; in utroque isto, ut cetera taceam, Bodinus ita veretur, ut neque in talem morbum nos unquam incidisse, aut incidere potuisse, neque medicæ Servatoris manus eguisse summo nisu contendat. In priori quidem omnem Pelagii, Juliani, ceterorumque ex ista cavea hominum diligentiam sic æmulatur, ut eorum quoque armis pugnare sibi non inglorium ducat,

eat, & septem, quantum eruere licuit, (Bodinus enim sua *ἑταρα γμένως* & contra ordinem tractat) argumentis, dejectis etiam nostris præsiis, peccatum originis petat. Quorum *Διελυσις* cum prolixiosem requirat operam, quam cui nunc insumendæ par sum, in aliud eam, quod magis oportunum Deus largietur, tempus rejicimus. Ut ut vero gravissimæ ex principiis Naturalismi Bodinus impingat in morbo, multo tamen gravius peccat in Medico, quæ vere Bodino *σημείον ἀνύλεγομεον* Luc. II. 34. fuisse dicas. Primum quidem *Dialog. l. V.* ex Veteri eum Testamento penitus expungit, dum illustria Gen. XLIX. 10. Psalm. VIII. XXII. CX. Esa. VII. 14. LIII. Jerem. XXIII. 5. 6. &c. loca mire pervertit & detorquet. Post hæc & *θεότης* ejus & *ἐνανθρώπησιν* adoritur. Illam, tum in genere SS. Trinitatis mysterium, tum in specie divinam Christi naturam impugnando. Hanc vero *Dial. l. VI.* cum incorporei & immutabilis Dei natura conciliari

liari posse negat, ipsamque duarum naturarum unionem ideo *ἐν ᾧδυναίσις* ponit, quod illæ majori a se invicem intervallo distent, quam duo contraria, quæ sub eodem genere continentur, quia infinitum & finitum eodem genere coerceri, & ulla adeo copula uniri nequeant. Ita de Christo puero male sentiens, eundem adultum quoque indignis modis excipit. Nam miracula ejus cum Apollonii maxime Thyanæi & Simonis Magi miraculis componens, hæc illis nihil inferiora, quin etiam superiora fuisse blaterat, Omne autem meritum ea de causa ei derogat, quod Deus semper tribuat præmia meritis ipsis majora; cum autem majus præmium cælesti regno Dei-que fruitione nullum sit quam Christus tanquam, ut vulgo jactatur, Deus jam ante obtinuerit, hinc nihil eum mereri potuisse infert. Mortem insuper ejusdem vel ideo meritoriam fuisse negat, quia bonum pro impiis mactari sit inauditum, nec Deus humano san-

guine,

guine, multo minus filii, delectetur, insuper etiam absurdissimum sit, ut Deus hominibus iratus a se ipso ultionem exigat. Quæ & plura *Φοβηκὰ ἀκρίματα*, ad quæ in ipso, si requiretur, conflictu respondebimus, nihil aliud produnt, quam de Bodino Naturalista quoque valere istud Apostoli I. Cor. II. 14. Nam propter defectum *πνευμαλικῆς ἀναρίσεως*, quam Naturalismus exhibet, non potuerunt non excæcatae ejus rationi *ᾠδοῦσα* Luc. V. 26. imo *σκάνδαλον καὶ μωρία* I. Cor. I. 23. videri, quæ *ἢ πίσει τε θεμελιωμένοις καὶ ἔδραίοις, καὶ μὴ μετακινυμένοις ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τῆς εὐαγγελίας ἢ ἠκυσαν* Col. I, 23, longe sunt acceptissima & ἀσφαλέστατα. Det Deus omnibus, qui Bodini similes adhuc hodie, proh dolor! non pauci supersunt, *ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἧς καὶ εὐσέβειαν* Tit. I. 1. ut *ἀποκαλύψιν μυστήρια καρδίοις αἰωνίοις σεσιγημένων* Rom. XVI, 25. admittens, naturalis se religionis auspiciis summi unquam, quod in caelo depositum est, boni participes futuros desnerent.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z167672108

